Εἴρηται μὲν περὶ τοῦ Ῥήνου ποταμοῦ καὶ τῶν νόθων ἀετῶν ἐν τῇ βίβλῳ τῶν ἱστοριῶν· εἰρήσεται δὲ κἀνταῦθα· μᾶλλον γὰρ ἁρμόζει τῇ φυσιολογίᾳ. Ῥῆνος μὲν οὖν ποταμός ἐστιν, τοὺς νόθους παῖδας τῶν εὐγενῶν τοῖς ἰδίοις ῥεύμασι διακρίνων· ὁ δὲ ἀετὸς τοὺς τικτομένους νεοσσοὺς ταῖς ἀκτῖσι τοῦ ἡλίου δοκιμάζει, καὶ τοὺς μὲν γνησίους διατρέφει, πατρικῶς αὐτῶν καὶ κηδεμονικῶς προνοούμενος· ἐκρίπτει δὲ τοὺς νόθους καὶ τῆς καλιᾶς ἀποβάλλεται. Τινὲς μὲν οὖν φασιν ὅτι σώφρων ἐστὶν τὸ καθόλον μὴ πορνεύων, μηδὲ πρὸς τὸ συγγενὲς συναπτόμενος πλὴν τῆς συζύγου· ποῦ δὲ νόθον, μὴ μοιχείας ὑπούσης τοῖς ἀετοῖς; ἀλλὰ γὰρ καὶ τοῦτό φασιν (ἔστιν δὲ πειθανὸν τὸ λεγόμενον), ὅτι γύπες ἤ τινα τῶν ἄλλων ὀρνέων τοῖς ἑαυτῶν τέκνοις τὴν τῶν ἀετῶν εὐγένειαν μνηστευόμενοι, τῶν οἰκείων ᾠῶν λάθρα τῇ καλιᾷ προσρίπτουσιν τοῦ ἀετοῦ· συμβαίνει δὲ καὶ ἐπὶ τῶν ὀρνίθων τοῦτο γίνεσθαι· πολλάκις γὰρ χηνῶν καὶ περδίκων καὶ γυπῶν καὶ ἄλλων ὀρνέων ὑποτιθέασιν τῇ ὄρνῃ, τοῖς οἰκείοις δὲ συμβαίνουσα ᾠοῖς ἕκαστον ἐοικὸς ἐκβάλλει τῷ συγγενεῖ. Τοῦτο μὲν οὖν ἀετοὶ πάσχουσιν ζηλοτυπούμενοι· ὅθεν τὸ νόθον ὁ πατὴρ ἀετὸς ταῖς ἀκτῖσι δοκιμάζει τοῦ ἡλίου καὶ τῆς ἰδίας ἀποβάλλεται κα-

culum in ænigmate videntes, sed veritatem ipsam intuebuntur, cujus principium et finis Trinitas in unitate, unus Deus, Pater, Filius et Spiritus sanctus, unum lumen, triplici splendore fulgens. Gregorius homines rudes increpans, divitiis se gloriantes, cum simiis et asinis comparat dicendo : Quid juvat habere simium hominis opprobrium, catenis aureis vinctum? Quis honor est asino auri pondus portare! Nam etsi auro onustus sit, bestia est stupide rudens. Quodnam gladii plumbei pretium in vagina argentea reconditi, et cujus nullus est usus in bello? Igitur quicunque divitiis superbit, et ingenium habet rude et inexcultum, simius est inauratus, asinus multo auro onustus et rudens, ensis plumbeus in vagina argentea inclusus.

Doctrina hominis est ornamentum; et sane scientia honorem et gloriam comparat, et maxime est digna homine qui imago est Dei; vita autem candida et virtutibus ornata vocationis cœlestis signum est verissimum.

De Rheno fluvio et nothis aquilis mentio est in historiarum libro; placet nunc quidem addere quod sequitur de utriusque natura. Rhenus fluvius ea est natura ut e fluctibus ejus liberos genuinos a nothis discernas. Aquila genuinos pullos ad solis radios probat probatosque nutrit, curam paternam impendens, nothos autem e nido expellit. Sunt qui dicant, aquilæ esse non fornicari, et nonnisi cum conjuge misceri. Sed quomodo aquilæ nothos habere possunt, adulterio sublato? Addunt igitur rem probabilem, vultures et alias quasdam aves suis ipsorum natis aquilæ nobilitatem dare cupidas ova sua aquilæ nido injicere, ita ut non raro anserum, perdicum, vulturum aliarumque volucrum ova aquilæ nido injecta ab aquila non agnoscantur ut genuina proles, sed ad solis radios probentur et ejiciantur. Gregorius igitur dicit : Aquilæ liberos suos distinguunt eos servando aut ejiciendo; et alibi idem : Aquila ad solem visum

(1) Hic est ordo in codice.

λιάς· πῶς δὲ, φησὶν ἀλλαχοῦ Γρηγόριος ὁ τρισόλβιος, οὓς ἀετοὶ τίκτουσι καὶ οὓς ῥίπτουσι νεοσσοὺς, δηλοῦντος τοῦ λόγου ὡς καὶ τῶν ἰδίων νεοσσῶν ἀποῤῥίπτουσι πολλάκις· καὶ ἀλλαχοῦ φησὶν ὁ αὐτός· τὸ δ' αἴτιον βολαῖς μὲν ἡλίου φασὶν κρίνειν νεοσσῶν ὄψιν ἀετὸς πανσόφως, ἐξ ὧν νόθον μὲν καὶ τὸ μὴ γινώσκεται· καὶ τὸ μὲν ἐξέῤῥιψε, τοῦ δ' ἔστι πατήρ· ὁ δ' αὐτὸς ἀετὸς καὶ τὸ γῆρας ἀποτίθεσθαι λέγεται, καὶ ἀνανεάζειν, ὡς ὁ θεῖος Δαβίδ· *Ἀνακαινισθήσεται ὡς ἀετοῦ ἡ νεότης σου.*

212 *Ὡς γὰρ* (1) *ἐχιδναῖός γε γόνος διὰ γαστέρα ῥήξει*
213 *Μητρὸς ἀναβρώσκων, ποινὴν πατρὸς αὐλομένοιο.*

Πολλὰ μὲν τῶν ἐχιδνῶν εἰσι τὰ γένη καὶ πάνδεινα θανατηφόρου ἰοῦ μεμεστωμένα· ἔστιν δὲ γένος ἐν αὐτοῖς τοῖς ἑρπετοῖς ὅπερ μὴ πλέω τῶν δύο φασὶ γίνεσθαι· γίνονται δὲ ἄῤῥεν καὶ θῆλυ. Ἐπειδὰν οὖν ὁ ἄῤῥην ἔχις συνέλθῃ τῇ θηλείᾳ, παραυτὰ θνήσκει, τὴν οἰκείαν μὲν αὐτὸς ἐν τῇ θηλείᾳ μελανίαν ἐναποτιθέμενος καὶ τῆς ἐν αὐτῆς μελανίας αὐτὸς προσλαβόμενος· οὕτω μὲν οὖν ἐξ αὐτῆς διόλλυται τῆς συνουσίας· ἡ δὲ συλλαβοῦσα δύο κατὰ γαστρὸς ἄρσεν καὶ θῆλυ διατρέφει, τρεφόμενα δὲ καὶ πρὸς τὸ φανερὸν ἐξιέναι μέλλοντα, τοῦ ὀλεθρίου πατρὸς αὐτῶν τιμωρίαν εἰσπράττουσιν τῇ συλλαβούσῃ, μὴ διὰ τῶν φυσικῶν ἐξιόντες μορίων, ἀλλὰ τὴν γαστέρα βιβρώσκοντες καὶ τὴν συλλαβοῦσαν διαφθείροντες εἰς τοὐμφανὲς διακύπτουσι. Φησὶν οὖν ὁ θεῖος Γρηγόριος, ὅτι πᾶσα φύσις τοῖς τεκοῦσι χάριν φέρει τὴν πρέπουσαν· ὁ δὲ χάριν τοῖς γονεῦσι μὴ εἰδὼς ὅμοιός ἐστιν ταῖς μητροκτόνοις ἐχίδναις.

244 *Εἰ δὲ σύ γ' ἀκρεμόνεσσιν ὑφήμενος εἴαρος ὥρῃ,*
245 *Τῆμος ὅτε πνοιαὶ γλυκερώτεραί εἰσι βροτοῖσιν,*
246 *Ἠ πυρόεν βάλλοντος ὑπὲρ κρατὸς ἠελίοιο,*
247 *Μύθοισιν μογέοις πυκινὴν φρένα πᾶσαν ἐρείδων.*
248 *Τέττιγες λαλεγεῦντες ἅμ' ὀρνίθεσσιν ἀοιδοῖς,*
249 *Σὸν δέμας ἡδυθρόοισιν ἀναψύχοιεν ἀοιδαῖς,*
250 *Ἐς δῆριν καλέοντες ἀοιδοσύνῃσιν ἑταίρων.*

Οἱ τέττιγες τοῦ ἡλίου μὲν φίλοι εἰσὶν, ἀειλαλοι δὲ μάλιστα θερμαίνοντος τοῦ ἡλίου· καὶ πᾶν ὄρνεον πολύλαλόν ἐστιν ἐν τοῖς πλείοσιν· ἔχουσι μὲν οὖν τέττιγες καὶ τὰ ὄρνεα φυσικὸν ζῆλον πρὸς τοὺς μελετητικούς· ἐπειδὰν γάρ τις ὑπὸ τὸ ἄλσος τοῖς λόγοις προσομιλοίη, τὰ μὲν ὄρνεα λιγυρὸν κελαδεῖ, τέττιγες δὲ λαλοῦντες ὅλον καταφωνοῦσι τὸ ἄλσος ταῖς ᾠδαῖς, εἰς ἔριν προσκαλούμενοι τὸν ἑταῖρον, καὶ τὸ μοχθηρὸν σῶμα ταῖς ἡδυθρόοις ᾠδαῖς ἀναψύχοντες.

*Ἐκ τοῦ ξε' λόγου* (2).

79 *Φασὶ ταὼ μεγάλαυχον ἐπὴν περίκυκλον ἐγείρῃ*
80 *Αὐχένα κυρτώσας χρύσεον ἀστέροεις,*
81 *Κλάζειν θηλυτέραις φιλοτήσιον· εἰ δὲ σὺ μορφὴν*
82 *Οὐ σφριγόωσι γράφεις ὄμμασι θαῦμα μ' ἔχει.*

Πρὸς καλλωπιζομένας γυναῖκας ἤτοι ψιμυθιζομένας καὶ φυκαριζομένας τὸ τῶν ταῶν παράδειγμα παρεισάγει Γρηγόριος ὁ θαυμάσιος· ὁ γὰρ ταὼς τὸν χρύσεον αὐχένα κυρτώσας, καὶ τὸν ἀστερώδη κύκλον ἐγείρας, φιλικὸν κλάζει τὸ θῆλυ πρὸς ἔρωτα προτρεπόμενος, τῷ φυσικῷ σεμνυνόμενος κάλλει· τοὐναντίον ὅπερ ποιοῦσιν αἱ ζωγραφούμεναι γυναῖκες· τοῦ γὰρ φυσικοῦ κάλλους ἀμοιροῦσαι, ψιμυθίοις καὶ φυκαρίοις καὶ τρίμμασι ζωγραφοῦνται χρωννύμεναι, καὶ τοὺς νέους τῇ τοιαύτῃ προκαλούμεναι θεωρίᾳ· τὸ γὰρ ἐπιτήδευμα, τῆς προαιρέσεως αὐτῶν γίνεται κατηγόρημα.

*Ὡς θὴρ* (3) *κερδαλέος τις ἐπιχήεσιν ἴχνια βάλλων*
*Ὥς κεν θηρητῆρα καλοῦ πλάγξειε δόλοισι.*
*Πένητος ἀνδρὸς* (4) *οὐδὲν ἀσφαλέστερον.*
*Πρὸς τὸν Θεὸν νένευκε, καὶ μόνον βλέπει.*
*Σὺ δ' ἀγκαλίζου· καὶ γὰρ αἰετὸς ὡς λόγος*
*Πολὺς καλιᾷ λεπτὸν ὄρνιν ἀμφέπει.*

Ὁ τῶν πετεινῶν βασιλεὺς ἀετὸς πάντα μικρὸν ὄρνιν ὑπὸ τὴν αὐτοῦ καλιὰν οἰκοῦντα περιέπει, πᾶν βλαπτικὸν ἀποτρέπων, αὐτοῦ τε βασιλικῶς προϊστά-

pullorum probat, et nonnisi genuinorum se patrem gerit. Dicitur aquila senectutem deponere et rejuvenescere, sicut ait David : *Renovabitur sicut aquilæ juventus tua* [1].

Multa sunt viperarum genera sæva et veneno referta. Ex iis unum duobus tantum, mare et femina, constat. Quando igitur mas feminæ conjungitur, statim moritur relicto in femella veneno; quæ duobus in utero conceptis id patitur quod nascendis non viam naturalem aperit, quippe qui lacerato matris ventre in lucem eduntur. Dicit igitur Gregorius quod parentibus gratitudo debetur; nam ingratus erga parentes viperis matricidis comparandus est.

Cicadæ solem amant et meridiano præsertim tempore canunt. Id porro cicadis cum omnibus volucribus est commune, ut cantu certent cum colloquentibus; quos ubi audierint, statim omnibus viribus accinunt et silvas voce sua replent, et certaminis ardore corpus fatigant.

*Ex carmine LXV.*

Gregorius pavonis exemplum inducit in mulieres fucatas et supra modum exornatas. Pavo enim collo aureo inflexo et circulo stellato agitato charam feminam ad amorem invitat, innata superbiens pulchritudine; econtra feminæ fucatæ faciunt; formæ enim pulchritudine privatæ, fucis et omnimodis coloribus se pingunt, et adolescentes his artificiis pelliciunt.

Volucrum regina aquila omnem avem parvam nido suo vicinam tuetur, ut omne nocivum avertens sibi dignitatem et jus reservet, humiliores benigne tractandi. Sic Gregorius potentes vult minoribus suc-

[1] Deut. VII, 14, 15.

(1) Ed. nov. p. 1049, *Nicobuli partis ad filium.* p. 405.
(2) Ed. nov. p. 565.
(3) Ex carmine *De virtute*, vers. 36. ed. nov.
(4) *Tetrastichæ sententiæ*, vers. 125 sqq., p. 604.

μενος καὶ κηδεμονικῶς ἀντεχόμενος, φυσικὴν ἔχων τὴν εἰς τὸ καταδεέστερον ἐπικουρίαν. Φησὶν οὖν ὁ θεῖος Γρηγόριος ὅτι χρὴ τὸν εὐσθενέστερον τῷ ἀδυνάτῳ, καὶ τῷ πένητι τὸν πλούσιον ὀρέγειν χεῖρα, τὸν ἀετὸν αἰδουμένους φυσικῶς τῶν μετριωτέρων ἀντεχόμενον· εἰ γὰρ ἀνόητον ὄρνεον τοσοῦτον ἐκ φύσεως ἐπιδείκνυται, πόσον ὀφείλει πρὸς τὸ συγγενὲς νοερὸς ἄνθρωπος ἐπικλίνεσθαι;

*Ἐκ τοῦ ρκϛ' λόγου* (1).

151 *Δίψας τίς ἐστι τῶν ἐχιδναίων γενῶν,*
152 *Τοῦτ' ὅσ' ἡ ἔρημος Αἰγύπτου φέρει.*
153 *Ταύτης τὸ τύμμα οἱονεὶ κλῆσις λέγει.*
154 *Τὸ θηρίον γὰρ τοῦ πάθους ἐπώνυμον,*
155 *Πίνων διόλλυθ', ὃς τὸν ἰὸν ἔσπασεν·*
156 *Εὑρὼν τι ῥεῖθρον, χανδὸν ἐμπεσὼν ὅλος.*

Πολλὰ μὲν καὶ διάφορα τῶν ἐχιδναίων γενῶν τὰ ἰοβόλα θηρία, πάντα δὲ θανατηφόρα. Τούτων κατὰ τὴν ἔρημον Αἰγύπτου γένος ἐστὶν καλούμενον δίψας· τῆς γὰρ ἐνεργείας τὴν ἐπωνυμίαν φέρει· καὶ γὰρ ἐγχρίπτουσά τινι, δίψαν ἐμποιεῖ τοσαύτην ὡς μὴ δύνασθαι τοῦ δίψους κόρον λαβεῖν· ὁ δὲ τὸν ἰὸν ἐσπασμένος, δεινῶς τὰ ἐντὸς ὑποσμυχόμενος, ἔνθαπερ ὕδωρ εὕροι πίπτει χαίνων, ὅλον προθυμούμενος λαφύξαι τὸ ῥεῖθρον· τούτου δὲ τοῦ θηρίου καὶ Μωϋσῆς μέμνηται λέγων ἐν τῷ Δευτερονομίῳ· *Καὶ μνησθήσῃ Κυρίου τοῦ Θεοῦ σου τοῦ διαγαγόντος σε διὰ τῆς φοβερᾶς ἐρήμου, οὗ ὄφις δάκνων καὶ σκορπίος καὶ δίψα.*

*Ἐκ τοῦ ρκζ' λόγου.*

218 *Ἔστιν τις* (2) *ὄρνις σῆς φρενὸς σοφώτερος.*
*Πόσον Θεοῦ* (3) *μὲν εἰς χεῖρας μόνον βλέπειν*
*Τοῦ καὶ διδόντος πατρικῶς αἰτουμένου.*
*Αἰσχρὸν δὲ μηδὲν τοῦ λαβεῖν δρᾶσαι χάριν,*
*Τὴν αἱμολάπτην βδέλλαν ἐκμιμουμένους.*
*Τὰ μὲν κρατοῦντα τοῖς δ' ἐρείδοντα φρένα,*
*Τὰ δὲ βλέποντα οὐ καλοῖς ἐν ὄμμασιν,*
*Τὰ δὲ κτυποῦντα ταῖς ὀνείρων ἐλπίσιν,*
*Ἀεὶ πλέον πένητα τῷ ποθουμένῳ.*

Βδέλλα ἐστὶν ἡ ἐν τοῖς ὕδασι γινομένη· αἱμολάπτης δὲ φύσει ἐστίν· καὶ γὰρ οὖσα βραχυτάτη λίαν, σώματος ἐπιλαβομένη, ῥοφᾷ τε αἷμα καὶ τὸν θύλακον ἀποτείνεται· τοῦ δὲ σώματος ἀποκρεμαμένη, τὸ μὲν ἀπεῤῥόφησεν αἷμα, τὸ δὲ λάπτει, τὸ δὲ ἐλπίζει, κόρον οὐ λαμβάνουσα πώποτε· συγκρίνων δὲ τὸν κοσμικὸν βίον πρὸς τὸν ἐνάρετον, βδέλλῃ τοῦτον ἀπεικάζει· ὥσπερ γὰρ ἡ βδέλλα καθ' ὃν ἔφη μὲν τρόπον τῶν σωμάτων ἐπειλημμένη, δυσαπόσπαστός ἐστιν καὶ ἀκόρεστος· οὕτως ὁ κοσμικὸς βίος πρὸς τὰς τῆς σαρκὸς ἡδονὰς καὶ τὰς ἄλλας πλεονεξίας ἀκορέστως ἔχει, καὶ δυσαπόσπαστος πέφυκεν.

*Τοιαῦτ' ἐν* (4) *ἡμῖν ἰσχύειν τὸν βάσκανον;*
*Οὗτος σοφίζετ' εὐστόχοις πονηρίαις,*
*Ὅτ' ἂν δῆμόν τιν' ἢ πόλιν πλῆξαι θέλῃ.*
*Πρὸς οἷς ἑκάστου πειρᾶται, καὶ σύντομον*
*Νόμον δίδωσι πονηρίας τὸν προστάτην.*
*Ἔπειτα χαλκὸς χρυσὸν ἠμφιεσμένος,*
*Ἢ καὶ χαμαιλέοντος ἔκστασις χρόας,*
*Πώγων, κατηφὲς ἦθος, αὐχένος κλάσις,*
*Φωνὴ βραχεῖα, πιστὸς ἐσκευασμένος,*
*Νωθρὸν βάδισμα, πάντα, πλὴν φρενός, σοφός·*

Τὴν ὑπόκρισιν ὁ θεῖος Γρηγόριος χαμαιλέοντι παραβάλλει· καὶ γὰρ ὁ χαμαιλέων (μικρὸν δὲ οὗτος ζῶον τῶν χερσαίων) φύσιν ἔχει τὸ μεταβάλλεσθαι πολυτρόπως. Πολλὰς οὖν χρόας ἐναλλάσσει ὁ χαμαιλέων· ὡσαύτως ὁ ὑποκριτὴς πρὸς τὸ παρατυγχάνον σχηματίζεται· γίνεται δὲ τοιοῦτος προεστὼς ἐξ ἐνεργείας τοῦ Πονηροῦ· καὶ γὰρ τοιοῦτον εὑρὼν ὁ σατανᾶς εἰς βλάβην λαοῦ προβάλλεται συγχωροῦντος τοῦ Θεοῦ· λέγει δὲ καὶ τὸ ἦθος ὁ θεολόγος τοῦ τοιούτου ὁποῖον εὑρίσκεται· ὁ μὲν πώγων εὐγένειος, κατηφὲς δὲ τὸ ἦθος, αὐχὴν ὑποκεκλιμένος, βραχεῖα φωνὴ καὶ λεπτή, νωθρὸν βάδισμα· πρὸς τούτοις οὗτος, φησίν, ἐσκευασμένος πιστὸς καὶ χαλκὸς ἀνδριὰς ἄψυχος, χρυσῷ τὴν ἔξωθεν ἠμφιεσμένος ὄψιν· αὖθις δὲ περὶ τῶν τοιούτων, φησί, χαμαιλεόντων τὸν τρόπον μιμούμενοι, πολλὰς τιθέντες τοῖς λόγοις ἀεὶ χρόας.

**currere, divitesque pauperibus donare, aquilam imitando. Si enim avis rationis expers id ultro facit, quanto magis homo rationis compos erga propinquum id facere debet!**

*Ex carmine CXXVI.*

**Multa et varia viperarum genera sunt venenosa et plerumque letifera; ex iis unum in Ægypto vocatur dipsas, ab effectu id nominis occupans; ubi enim arripuerit aliquem, tantam injicit sitim, ut eam exstinguere prorsus nequeat. Qui veneno imbutus est, interius horrendum in modum siti consumitur, et ubicunque aquam invenit, totum rivum absumere gestit. Hujus bestiæ Moyses quoque meminit in Deuteronomio: *Memento Domini Dei tui qui duxit te per horrendam solitudinem, in qua serpens mordax et scorpio et sitis* [1].**

EX CARMINE CXXVII.

**Sanguisuga in undis gignitur, sanguinis avida suapte natura. Etenim etsi brevissima, corpus arripit a quo sanguinem haurit, alvumque suum replet. Corpori aptata, modo sanguinem haurit, modo lambit, modo desiderat, nulla copia contenta. Mundanam æstimans vitam relative ad virtutem, Gregorius eam sanguisugæ confert. Velut enim sanguisuga, eo quo dixit modo corporibus immissa, insatiabilis et implacabilis est, ita mundana vita, carnis voluptatibus aliisque excessibus nunquam satiatur et repletur.**

**Hypocrisim divus Gregorius chamæleoni comparat, quod parvum inter reptantia animal, varie mutandi facultatem habet. Multos enim chamæleo colores induit; ita et hypocrita juxta occurrentiam falsis occultatur apparentiis. Talis ille ex opere maligni sæpe præmittitur. Illo enim invento utitur Satanas ad populi perniciem, Deo ita permittente. Mores illi quales inveniantur describit Theologus noster: exculta barba, humili habitu, collo inclinato, voce brevi et rapida, lento gradu incedit, insuper fidelis videtur, sed non est nisi simulacrum æneum virtute destitutum, auro ad exterius vestitum. Etiam in hoc chamæleonem imitantur quod pluribus suos sermones fucant coloribus.**

[1] Deut. VIII, 14, 15.

(1) Ed. nov. p. 545.
(2) Ibid.
(3) Ex carmine cui titulus: *Comparatio vitarum*, vers. 76 seq., ed. nov. p. 391.
(4) Carm. *De se ipso et de episcopis*, vers. 642 sqq., ed. Tollii carm. 1, ed. nov. p. 779.

*Ταῦτ' εἶπον (1)· οἱ δ' ἔκρωζον ἄλλος ἄλλοθεν,*
*Δῆμος κολοιῶν εἰς ἓν ἐσκευασμένος,*
*Τύρβη νέων τις, καινὸν ἐργαστήριον,*
*Λαῖλαψ κόνιν σύρουσα, πνευμάτων στάσις,*
*Οἷς οὐδ' ἂν ἠξίωσε τῶν τις ἐντελῶν*
*Φόβῳ τε θείῳ καὶ θρόνῳ δοῦναι λόγον,*
*Ἄτακτα παφλάζουσιν ἢ σφηκῶν δίκην*
*Ἄττουσιν εὐθὺ τῶν προσώπων ἀθρόως.*

Οἱ κολοιοὶ γένος ὀρνέων εὐτελέστατον· οὗτοι περὶ τὴν γῆν ἀναστρεφόμενοι (χαμαιπετεῖς γάρ εἰσι), φυσικὴν ἔχουσι τὸ κράζειν ἀτάκτως ἄλλοθεν ἄλλος· ὡσαύτως οἱ σφῆκες ἄττουσι θερμαινόμενοι, καὶ περὶ τὰ πρόσωπα τῶν ἀνθρώπων ὁρμῶντες τοῖς πικροῖς ἐκθλίβουσι κέντροις· τούτοις δὲ τοῖς κολοιοῖς καὶ τοῖς σφηξὶ τοὺς ἀσυνέτους καὶ ὄντως ἀπαιδεύτους παρεικάζει Γρηγόριος ὁ σοφώτατος· οἱ γὰρ ἀπαίδευτοι τοῖς συνετοῖς ἐπιπηδῶσι, λόγοις ἀνοίας πλήττοντες αὐτοὺς, καὶ ἄλλοθεν ἄλλος ἀσυνέτως κράζοντες καὶ ἀτάκτως· ὡς τῆς ἐν Ἐφέσῳ καταδρομῆς τῷ Παύλῳ μέμνηται Λουκᾶς ὧδε φάσκων· *Ἄλλος μὲν οὖν ἄλλο τι ἐπεβόα· ἦν γὰρ ἡ ἐκκλησία συγκεχυμένη·* ὡσαύτως ἐπὶ τῶν ἀναβαθμῶν τοῦτο πάσχει Παῦλος ὁ πανάγιος· τὴν δὲ τοιαύτην ἄνοιαν κολοιοῖς παραβάλλει Γρηγόριος ὁ θαυμάσιος, καὶ σφηξὶ τοῖς ἀκρίτως βομβοῦσιν ἀμφὶ τῶν ἀνθρώπων τὰ πρόσωπα θερμαινομένοις.

Graculorum inter aves genus vilissimum ; hi enim juxta terram volitantes (saltabundi enim sunt), crocitare indesinenter alii alio solent ; vespæ autem etiam volitant ardentes et in vultus hominum corruunt eosque parvis aculeis vulnerant. His ergo graculis et vespis insensatos et incultos comparat sapientissimus Gregorius. Rudes enim homines in prudentes irruunt eosque imperitis lacessant sermonibus, aliique alio crocitant insensate et absque intermissione. Ita concursus in Epheso contra Paulum meminit Lucas his verbis : *Alii aliud clamabant, erat enim ecclesia confusa* [1], eo modo passus est Paulus in gradibus (in atrio templi). Hanc imperitiam graculis Gregorius comparat admirabilis, et vespis ardenter circa hominum vultus bombum facientibus.

—

***ΤΩΝ ΤΩ ΘΕΟΛΟΓΩ ΓΡΗΓΟΡΙΩ ΠΕΦΥΣΙΟΛΟΓΗΜΕΝΩΝ***
***ΩΔΕ ΤΟ ΠΕΡΑΣ***
***ΚΟΣΜΑ ΑΧΡΕΙΟΥ ΚΑΙ ΤΟΥΤΟ ΠΟΝΗΜΑ ΙΕΡΟΣΟΛΥΜΙΤΟΥ.***
***Sequitur amanuensis clausula hæc.***

Τριὰς μονὰς τρίφωτε, πανσθενεστάτη,
Ἡ τρεῖς φέρουσα τὰς ὑποστάσεις μόνη,
Τὴν οὐσίαν μίαν δὲ προσκυνουμένη,
Ὡς ἡλίου φέροντος ἀκτῖνα τρίτην·
Ἓν καὶ κράτος γὰρ καὶ σθένος θέλημά τε
Ἕν, οἴδαμεν σέβεσθαι σῆς ἐξουσίας,
Σὺ τὸν πόθῳ γράψαντα τήνδε τὴν βίβλον
Κωνσταντῖνον σάωσον ἐκ πάσης βλάβης.

[1] Act. xix, 32.

(1) Ex carmine *De vita sua*, vers. 1680 seqq., nov. edit. p. 674.

---

# ΠΙΝΑΞ ΚΕΦΑΛΑΙΩΔΗΣ ΙΣΤΟΡΙΩΝ

## ΩΝ ΕΝ ΤΗ ΒΙΒΛΩ ΤΩΝ ΕΠΩΝ Ο ΘΕΙΟΣ ΕΜΝΗΣΘΗ ΓΡΗΓΟΡΙΟΣ

***Τῶν τε ἐκ τῆς θεοπνεύστου Γραφῆς καὶ τῶν ἔξωθεν ἑκάστῳ λόγῳ (a).***

—

*Λόγος α'.*



(a) Revocatur Lector ad columnas hujusce voluminis. Edit. Patr.

Λόγος β'.



Λόγος γ'.



Λόγ. δ', ε'.



Λόγος ς'.

***Reliqua desunt.***

# NICETÆ DAVIDIS

## PARAPHRASIS

## CARMINUM ARCANORUM S. GREGORII NAZ.

CURA ERNESTI DRONKE E CODICE CUSANO EDITA.

(Gottingæ 1840, 4°.)

## PRÆFATIO.

*Causam hujus libri emittendi dedit mihi codex bibliothecæ Cusanæ, qui, cum Nicetæ Davidis commentarium in omnia S. Gregorii Nazianzeni carmina, quæ ille sibi interpretanda delegit, totum contineat, ita comparatus est, ut controversiam de scriptore ejusque opere dirimere posse videatur. Etenim in magno scriptorum numero qui nomen Nicetæ ferunt (v. catalogum eorum in Fabricii* Bibl. Gr. *vol. VII, p. 747 ed. Harles.), duo sunt qui interpretationes in nonnulla Gregorii Nazianzeni opera scripserunt, alter Nicetas David, alter Nicetas cognomine Serron sive Serrariensis. De Niceta Davide, qui philosophus, historicus et rhetor appellatur, egit Martinus Hankius in libro* De Byzantinarum rerum scriptoribus, *c. 16, p. 258 sqq., a quo sua habet Fabricius l. l.. Episcopus fuit Dadybræ (a), quæ urbs sita erat in Paphlagonia, unde Dadybrenus vel Paphlago cognominatur. Vixit sæculo nono, sed quo anno natus aut mortuus sit, ignoramus. Hoc constat eum mortem obiisse post annum* 880; *nam irruptionem illis temporibus a Saracenis in Siciliam factam atque eversionem Syracusarum ipse narrat in Vita Ignatii patriarchæ Cplitani. Præter Vitas SS. Hyacinthi et Eustathii editas a F. Combefis. et præter Vitam S. Ignatii patr. Cpl. actis concilii Cplitani quarti quod dicitur œcumenicum octavum insertam scripsit interpretationem sive metaphrasim* τῶν ἀποῤῥήτων ἐπῶν *Gregorii Nazianzeni. Nicetas vero Serrariensis, qui ex episcopo Serrarum in Macedonia prima metropolita Heracleæ Ponti in Thracia factus sæculo undecimo ad finem vergente floruit (v. Fabricii* Bibl. Gr. *VIII, 431, et Creuzeri* Meletemata e disciplina antiq., I, 14), *commentarium scripsit in sedecim orationes ejusdem theologi. Sed cum eodem appellentur nomine, factum est, ut etiam metaphrasis illa quæ est Davidis tribueretur Serrariensi (v. Creuzeri l. l. p. 59, n. 1, et Schœll.* Histor. litt. Græc. *ed. germ. cur. Schwarzio et Pindero, III, 176, n. 1); quod non miramur; nam neque primi editores neque postea quisquam quod sciam diligentius hanc rem investigavit. Fortasse hoc* ζήτημα *jam persolverunt monachi ordinis S. Benedicti, novissimi operum Gregorii Nazianzeni editores; sed editione eorum interrupta totus apparatus in secundam et tertiam partem latet in scriniis nescio cujus bibliothecæ (b).*

*Primum sub Nicetæ Davidis nomine prodiit exegesis in Tetrasticha et monosticha Venetiis apud Franc. Zanetum a. 1563; hanc vero interpretationem non esse Nicetæ infra docebo. Tum Jacobus Billius archimandrita Michaelinus partem commentarii e codice cardinalis Sirleti Latine edidit Parisiis a. 1575; sed auctorem modo Cyrum Dadybrensem modo Cyrum Nicetam Dadybrensem nominat, quod male fecit; nam* κῦρος *non est nomen proprium sed honoris titulus pro* κύριος; *v. Barthii* Advers. *p. 1393, quem testem citavit Fabricius VIII, 431, et Villoison* Notices des manuscr. de la Bibl. nation., *VII, 422, Jacobsio laudatus in indice* Anthologiæ palatinæ, *et Creuzeri* Melet. *I, 14. Præterea illum codicem, ex quo Billius commentarium in Tetrasticha edidit et qui diversus esse videtur a Sirletiano, interpolatum fuisse conjicio ex iis quæ leguntur ad Tetrasticha* 8, 11, 57, 47.

*Dum Billius in Gallia novam Gregorii Nazianzeni operum editionem adornat, eumdem laborem in Germania suscepit Joannes Leunclaius, atque is jam ante Billium verterat commentarium in sententias* τετραστίχους, *verum casu aliquo amiserat interpretationem neque ipsi ad manus fuit exemplar Græcum, de quo nova institui posset, ut ipse fatetur in procemio tom. III editionis Latinæ, quæ prodiit Basileæ ex officina*

(a) Excidium urbis narratur in Nicetæ Choniatæ *Historia imperii Alexii Comneni*, Isaaci Angeli fratris, I, 7, p. 624 ed. Imm. Bekkeri.

(b) Utrumque Nicetam pro uno et eodem habuerunt Benedictini editores. Vide præcedentis voluminis col. 17. Edit.

*Hervagiana per Eusebium Episcopium a.* 1571 : *sed quod rei caput est, scriptorem recte nominat Nicetam Davidem. Non multo post ex libro manuscripto bibliothecæ Augustanæ Græcam paraphrasim in sex carmina Arcana sive in versus* 482 (*sunt vero numero* 485) *edidit Dav. Hœschelius Lugduni Batavorum a.* 1591, *quæ editio repetita est ab Joan. Hornschuchio Lipsiæ a.* 1645: *quos libros cum videre nondum mihi contigerit, nihil de metaphrasi quam continent statuere possum. Atque ex illo tempore res intacta mansit, donec ad quæstionem dissolvendam me impulit ille codex quem jam descripturus sum.*

*Ad ripas Mosellæ amœnissimas, prope vicum Cues, domus est alendis senibus presbyteris a Nicolao Cusano illo cardinale doctissimo exstructa, in cujus bibliotheca bona pars librorum, quos Nicolaus aut ipse scripserat aut in itineribus collegerat, adhuc asservatur, quanquam sæpe est spoliata. Numerus quidem librorum exiguus est, sed reperiuntur inter eos etiam boni et digni qui innotescant, licet non tales, quales se ibi reperturum esse speraverat Andr. Guil. Cramerus, cujus hac de re lepida exstat narratio in ipsius* Chronicis domesticis, *p.* 145 *sqq. De libris enim qui ad jus spectant meliora edocti sumus ab Eduardo Böcking jcto Bonn. v. d., v. Frid. Car. a Savigny librum* Geschichte des römischen Rechts, *etc.*, *III*, 8, *ed. sec. Inter Græcos autem libros manuscriptos, quorum copia mihi nuper facta est per Martinium, v. rev., illius domus præfectum, fuit etiam codex, qui totam Nicetæ Davidis metaphrasim continet in omnia Gregorii Nazianzeni carmina, quæ ille interpretatus est. Membranaceus est atque ex foliis* 138 *formæ quadratæ constat; scriptus est ni fallor sæculo* XI *vel* XII *calligraphice, non tachygraphice quod vocant, summa litterarum elegantia summaque diligentia. Siglis nullis usus est librarius; pauca tantum vocabula per abbreviaturam scripta sunt ut* Ἰησοῦς, Χριστός, θεός, πνεῦμα, πατὴρ μητήρ, ἄνθρωπος, σωτηρία *et ab his derivata. Accentuum ratio eadem fere est quæ hodie observatur; quod ad spiritus attinet, duo rho deinceps posita nunquam illos sibi inscriptos habent, ut et in aliis codicibus et nunc scribitur; v. Bast.* Comment. palæogr., 733. *Iota quod subscriptum dicimus nunquam infra lineam, raro in ipso versu ponitur, plerumque omissum est, sed sunt verba quæ nunc carent iota subscripto, et in codice illud habent, ut* ζῷον *pro* ζῶον, *de qua scribendi ratione v. Bast. l. l.* 719. *Particulæ quædam compositæ per partes scribuntur, v. c.* δτ' ἄν, ἐπ' ἦν, ἐπειδ' ἄν · *contra præpositio* κατά *cum quibusdam substantivis sæpe in unum vocabulum conjungitur, v. c.* κατάφυσιν. *Itacismi vestigia pauca reperiuntur.*

*Folium primum incipit colore rubro :* Νικήτα τοῦ καὶ δᾱδ δούλου ἰῦ χῦ τοῦ φιλοσόφου ἐξήγησις τῶν ἀποῤῥήτων τοῦ μεγάλου Γρηγορίου τοῦ Θεολόγου ἐπῶν λόγος α'. Προοίμιον. Οἱ μὲν παρ' Ἕλλησι φιλοσοφώτατοι εἶναι δόξαντες καὶ λογιώτατοι ἡνίκ' ἂν ταῖς ὑπὲρ τὸ βλεπόμενον καὶ τὴν αἴσθησιν θεωρίαις, κτλ. *Pag.* 4, *Περὶ ἀρχῶν*. Οἱ τῆς κοσμικῆς σοφίας τὴν ἀκροτάτην καταλαβεῖν κατοιόμενοι περιωπὴν πάντα τὰ ὄντα καὶ τὰ γινόμενα εἰς τρεῖς τὰς κυριωτάτας καὶ πρωτίστας αἰτίας καὶ ἀρχὰς ἀναφέροντες ἐκκορυφοῦνται· ταύτας δὲ νοῦν καὶ ὕλην καὶ εἶδος καλοῦντες συνάρχους καὶ συναιτίους τῶν πάντων ὑποτίθενται. κτλ. *Pag.* 16, Ἐξήγησις τῶν ἀποῤῥήτων τοῦ μεγάλου Γρηγορίου τοῦ Θεολόγου ἐπῶν· Λόγος β' *Περὶ Υἱοῦ*. Ἐκθέμενος περὶ ἀρχῶν ἢ ἀρχῆς, ταὐτὸν δὲ εἰπεῖν, περὶ τῆς τριαδικῆς μοναρχίας ὁ θαυμάσιος ἐπιτομώτατα διαλαβὼν καὶ τοὺς μὲν ἐριστὰς εἰς διαλογισμοὺς παντάπασιν ἀφεὶς, κτλ. *Pag.* 30, Λόγος γ' *Περὶ τοῦ ἁγίου Πνεύματος*. Θεολογήσας ὁ θεοληπτότατος περὶ Πατρὸς καὶ Υἱοῦ ὅσα ἐξῆν αὐτῷ διειπεῖν ἐν ἀφράστῳ γοργότητι καὶ συντομίᾳ διὰ τῶν προπεποιημένων ἡρωϊκῶν ἐπῶν νῦν δὴ ἑπομένως, κτλ. *Pag.* 45, *Περὶ κόσμου* λόγος δ'. *Pag.* 64. *Περὶ προνοίας* λόγος ε'. *Pag.* 78, *Περὶ τῶν λογικῶν οὐσιῶν* λόγος ς'.

*Igitur ex hoc codice primum intelligimus, quot carmina Nicetas interpretatus fuerit, sunt autem præter tetrasticha numero* XV; *deinde numerum carminum, quæ* ἀπόρρητα *nominaverit, aliquanto majorem esse quam Billii numerum. Is enim octo tantum carmina ita inscripsit neque quidquam de hac re monuit, quanquam totum Nicetæ commentarium in manibus habuisse videtur sive in uno codice, cardinalis Sirleti codicem dico, sive in pluribus repertum, nam in annotatione respicit ad commentarium non solum in octo illa carmina, sed etiam in septem reliqua atque commentarium in Tetrasticha totum vertit. Ipsum vero Nicetam hæc carmina* ἀπόρρητα *appellasse, docere mihi videntur quæ de suo proposito scribit in proœmio fol.* 2 *v. cod.* : Δι' ὃ καὶ ἡμεῖς οἱ πάντων ἔσχατοι καὶ μικρότεροι πρὸς τὸν ὑπὲρ πάντας τοὺς πρεσβυτέρους καὶ διδασκάλους τετιμημένον ἡμῖν Γρηγόριον τὸν Θεολόγον τὸν νοῦν ἐπερείδοντες ὡς τῆς ἡμετέρας καθηγεμόνα ψυχῆς καὶ ὡς περισσοτέρως ἐκ τῶν αὐτοῦ θεολογῶν οἰκοδομούμενοι *ὀλίγους τινὰς ἐκ τῶν αὐτοῦ δυσφράστων καὶ δυσθεωρήτων λόγων ἤτοι θεοφράστων ἐπῶν τὰ ἀπορρητότερα καὶ τοῖς πολλοῖς ἀνεπίοπτα εἰς ἐξήγησιν προυθήκαμεν ἑαυτοῖς*. *Cum his compara quæ pag.* 132 (*col.* 743) *hujus libri leguntur. Cæterum ne illa quidem carmina, quæ Billius cognomine* τῶν ἀπορρήτων *insignivit, in omnibus codicibus ita esse inscripta testatus est Carolus Bened. Hase, qui vir clarissimus et doctissimus a me rogatus, cum essem memor eorum quæ legi in præfatione ad Leonem Diaconum pag.* XXIX *ed. Bonn., qua est humanitate in meum usum contulit omnes bibliothecæ Regiæ Parisiensis codices. Neque illam inscriptionem habet codex carminum Gregorii Bodleianus, quem Gaisfordius descripsit in* Catalogo sive Notitia manuscriptorum qui ab E. D. Clarke comparati in bibliotheca Bodleiana asservantur *p.* I, *p.* 23 *sqq. Sed utcunque est, præter hæc carmina se alia nulla interpretatum esse ipse Nicetas affirmat in commentario ad Tetrasticha, v. pag.* 151 (*col.* 757). *Ex illis verbis jamdudum verisimile mihi videbatur interpretationem monostichorum atque*

*epigrammatum in laudem Basilii Magni, quæ Nicetæ Davidi in editione Veneta tribuitur, ipsius opus esse non posse; et Nicetam revera neque hujus auctorem esse neque interpretationis Tetrastichorum, quæ sub ipsius nomine in eodem libro etiam nunc circumfertur, (utraque autem ejusdem scriptoris est), postea ex ipso libro didici, quem bibliotheca Gottingensis intercedente E. L. a Leutsch v. d. mihi suppeditavit (a) Scilicet illos commentarios confecit Zonaras, ut ipse fatetur in proœmio fol. 3, ita tamen ut Nicetæ interpretationem longiore verborum circumscriptione utens etiam locis ex sacra Scriptura adhibitis sæpe augeret atque amplificaret, quin totas Nicetæ periodos suæ paraphrasi intexeret. Interdum duæ interpretationes exstant, quarum altera inscripta «ἄλλως» pars est interpretationis Nicetæ; nonnunquam varias quoque lectiones Zonaras notavit atque omnino potius grammatici partes agit quam interpretis; singula enim verba explicantur iisdem fere verbis quæ leguntur in ipsius atque aliorum lexicis. In dissertatione supra laudata exhibui tales locos, qui non sine fructu conferri possint ab iis quibus lexica Græca curæ sunt. Hoc autem opusculum Zonaras senex composuit per otium, quo fruebatur monachus et quo usus est ad alios libros scribendos, de quibus vide Tittmanni prolegomena ad Zonaræ* Lexicon, *p.* LXV. *Sed redeo ad Nicetæ Davidis commentarium.*

*Cum ad patefaciendam Gregorii mentem sæpe abstrusam vere prosit, Billius autem singulis tantum locis eo in sermonem Latinum converso usus sit excepta interpretatione Tetrastichorum quam integram vertit : equidem, et quia Nicetæ oratio est satis elegans et munda et ne quid justæ carminum interpretationi detrahatur, e codice Cusano Græcum commentarium typis describendum curavi omissa illa parte quam Dav. Hœschelius edidit. Textum codicis dedi integrum; nam sunt loci qui emendatione egeant, sed sine ope alterius libri corrigi non possint. Attamen sex illa carmina, quippe quæ cohæreant cum cæteris, ad eumdem codicem recensita sine commentario post Nicetæ librum posui (b).*

*His addidi selecta quædam carmina, quæ reperiuntur in codice Gudiano Græco 97. Hunc enim codicem, de quo v. Fr. Ad. Eberti librum de bibliothecæ Guelferb. codd. Gr. p. 84 Schœnemannus v. d. illius bibliothecæ præfectus ad me misit, cum in eo esset unum carmen, quod Nicetas inter arcana relatum interpretatus est. Hac vero occasione data etiam reliqua carmina contuli. Periphrasis quam idem codex præbet ita est instituta, ut singuli versus explicentur verbis synonymis.*

*Reliqua subsidia quibus usus sum in textu carminum constituendo hæc sunt. Editio Aldi, qui primus maximam carminum partem edidit a. 1504. Nicetæ paraphrasis (Gr.) edita Venetiis a. 1563, de quo libro vide supra. Tetrastichorum editio cura Erhardi Hedenecci Basileæ a. 1577; denique Gregorii Naz. opera cum comm. Jacobi Billii, Coloniæ, sumptibus Weidmanni 1690. Billius quanquam plures habuit codices, plerumque tamen sequitur Aldum ita ut nonnunquam errores quos emendaverat Aldus repeteret; atque in illa editione Coloniensi sive Lipsiensi typographi a vera scriptura sæpe denuo aberraverunt.*

*Scr. Confluentibus id. Jul. a. 1840.*

(a) Librum in his regionibus rarissimum descripsi in dissertatione de Niceta Davide et Zonara pag. 9.

(b) Hæc nobis Gregorii integri editoribus erant omittenda. Ex his etiam versibus quos sibi explicandos assumit Nicetas, nonnisi primum retinuimus, cum reliquos ad manum habeat Lector in nostra editione. Præterea Ernesti Dronke V. D. adnotationes quæ tantum ad Billii editionem spectant, cujus vitia cura qua par erat in nova Maurina recensione sunt emendata, cum jam parum aut nihil utilitatis habeant, ut plurimum omittimus. EDIT.

# NICETÆ DAVIDIS

## PARAPHRASIS CARMINUM ARCANORUM S. GREGORII NAZ.

*Νικήτα τοῦ καὶ Δαβὶδ δούλου Ἰησοῦ Χριστοῦ, τοῦ φιλοσόφου, Ἐξήγησις τῶν ἀποῤῥήτων τοῦ ἁγίου Γρηγορίου τοῦ Θεολόγου ἐπῶν. Περὶ ψυχῆς (1) λόγος ζ'.*

Ἑπομένως μετὰ τὴν τῶν οὐρανίων καὶ λογικῶν φύσεων καὶ ἀσωμάτων θεωρίαν, ὁδῷ προβαίνων ἐπὶ τὴν ταπεινοτέραν καὶ προσυλοτέραν τῆς ἀνθρωπίνης ψυχῆς οὐσίαν, τὴν θεωρίαν καὶ θεολογίαν, ὁ θεολόγος

*Nicetæ qui et David, servi Jesu Christi, philosophi, commentarius arcanorum S. Gregorii Theologi carminum. De anima sermo 7.*

Consequenter cœlestium et rationabilium naturarum et incorporearum post contemplationem iter pergens, ad contemptibiliorem et materiæ viciniorem humanæ animæ substantiam, contemplatio-

(1) Περὶ ψυχῆς. Edit. Billii Colon., II, p. 170; edit. Leuvencl., p. 1017 (Ed. nov. p. 241).

nem et theologiam Theologus transtulit spiritus et expositis primum eorum qui foris sunt sententiis et quasi nugas esse convictis; sic veram secundum Ecclesiam et Scripturas pure dedit doctrinam. Porro simplicibus admodum et a Deo vere inspiratis ratiociniis in initio disserens sic dicit :

1 *Anima flatus est Dei, mistionemque cœlestis*
2 *Pertulit cum terrestri*, etc.

Sicut in aliis affirmans theologus quod de materia quidem corpus sumpserit Deus, de seipso vero spiraculum, pronuntiat Creatorem condidisse hominem mixtum, sic et nunc in superioribus versibus affirmat animam emanationem esse Dei et spiraculum, quam ideo probat cœlestem quidem, sed patientem vel sustinentem terrestris corporis commixtionem aut conjunctionem, et sicut lumen quoddam intelligens occultam esse et unitam carni sicut in caverna inclusam. Sed nihilominus divinæ cum sit naturæ, immortalis et incorruptibilis vere est. Non enim, inquit, dignum erat magni Dei cum sit imago, ipsam una cum reptilibus irrationabilibusque bestiis mori et fœde dissolvi, etiamsi peccatum illam cogat ad mortem et corruptionem.

7 *Neque ignis fervidi natura est*, etc.

Philosophorum qui dicuntur exoterici, alii ignem substantiam contenderunt animæ, alii aerem, alii sanguinis fontem per carnem totam currentem : nihil autem horum verum esse visum est : quomodo enim esset qui devorat ignis anima corporis quod devoratur ab ipso, qui consumit et destruit, anima ejus quod ab ipso destruitur? Sed nemo dicet aerem esse hominis animam semper respiratum et aspiratum et nunquam quiescentem; sanguinis vero fontem in omne currentem corporis membrum animam arbitrari, tanquam absurdissimum et stupidum refutare negligit. « Sed non harmonia » et quæ sequuntur. — Sed non ipsa, inquit, est harmonia elementorum e quibus coagmentatum est corpus, anima; non enim substantia quædam est producens per se ipsam elementorum compages, accidens et qualitas subsistens in hoc casu esset anima; aliter : non una est carnium et similitudinis immortalis natura. Quid enim de rebus sæpius divisis ab invicem quoad substantiam? Et quid erit amplius bonis viris supra sortem insignium in malitia, si una exsistens compages, scilicet anima, sive optimos sive pessimos perficit? Deinde nonne irrationabilibus rationabiles secundum naturam essent similes? Harmonia enim sicut in hominum, ita et in belluarum corporibus similiter conspicitur; et juxta verbum illud meliores essent omnes qui coagmentationem et corporis harmoniam sortiti essent magis egregiam et meliorem. Isti quidem talia vane de anima sermocinati

μετέθηκε νοῦς καὶ τὰς ἀπὸ τῶν ἔξω πρότερον δόξας προθεὶς περὶ αὐτῆς, καὶ ὡς εἰκαιομυθίας (2) ἀπελέγξας, οὕτω τὴν ἀληθινὴν ἐκκλησιαστικῶς καὶ γραφικῶς ἀνεκάθηρε δόξαν· ἰσχνοτάτοις δὲ καὶ θεοπνεύστοις θεοῤῥημοσύναις (3) ἐν πρώτοις φυσιολογῶν οὕτω λέγει·

1 *Ψυχὴ δ' ἐστὶν ἄημα Θεοῦ καὶ μῖξιν ἀνέτλη*
2 *Οὐρανίη χθονίοιο*, κτλ.

Ὥσπερ ἐν ἄλλοις θεηγορῶν ὁ θεοφάντωρ, παρὰ τῆς ὕλης μὲν τὸ σῶμα λαβεῖν τὸν Θεὸν, παρ' ἑαυτοῦ δὲ πνοὴν ἐνθέμενον, μικτὸν θεσπίζει τὸν ἄνθρωπον δημιουργῆσαι· οὕτω καὶ νῦν διὰ τῶν προκειμένων ἐπῶν θεηγορεῖ τὴν ψυχὴν ἄημα εἶναι Θεοῦ καὶ πνοὴν (δι' ὃ καὶ οὐρανίαν ἀποφαινόμενος), ἀνατλῆναι δὲ ἢ ἀνασχέσθαι τὴν τοῦ χθονίου σώματος μῖξιν ἢ σύγκρασιν, καὶ ὥσπερ τι (4) φῶς νοερὸν οἷα σπηλαίῳ τῇ σαρκὶ συγκρυβῆναι καὶ συνενωθῆναι· ἀλλ' ὅμως θεία τὴν φύσιν οὖσα, καὶ ἀθάνατος καὶ ἄφθαρτος ὄντως ἐστίν. Καὶ γὰρ οὐδ' ἦν, φησὶν, ἄξιον τοῦ μεγάλου Θεοῦ ταύτην εἰκόνα τυγχάνουσαν, τοῖς ἑρπετοῖς καὶ ἀλόγοις ὁμοίως κτήνεσιν καταθνήσκειν τε καὶ ἀκόσμως διαλύεσθαι, εἰ καὶ ἡ ἁμαρτία ταύτην ἐκβιάζεται θανάτῳ ὑπαγαγεῖν καὶ διαφθορᾷ.

7 *Οὔτε πυρὸς μαλεροῖο* (5) *πέλει φύσις*, κτλ.

Τῶν ἐξωτερικῶν φιλοσόφων λεγομένων οἱ μὲν πῦρ τὴν οὐσίαν ὑπάρχειν ἀπεφήναντο τῆς ψυχῆς, οἱ δὲ ἀέρα, ἄλλοι δὲ αἵματος χύσιν πᾶσαν τὴν σάρκα διατρέχουσαν· οὐδὲν δὲ τούτων ἔοικεν ἀληθὲς εἶναι· πῶς γὰρ ἂν καὶ εἴη τὸ δάπτον τοῦ δαπτομένου, τὸ μαραντικὸν καὶ λυμαντικὸν πῦρ τοῦ φθειρομένου ὑπ' αὐτοῦ σώματος ψυχή; Ἀλλ' οὐδ' ἂν τὸν ἀέρα φαίη τις ἀνθρώπου ψυχὴν, ἀεὶ ἀποπνεόμενόν τε καὶ εἰσπνεόμενον καὶ ἠρεμοῦντα μηδέποτε· αἵματος δὲ χύσιν ἐπὶ πᾶν διατρέχουσαν μέλος τοῦ σώματος τὴν ψυχὴν ὑπονοεῖν, ὡς ἀλογώτατον ὂν καὶ κτηνῶδες παρίησιν ἐλέγξαι. « Ἀλλ' οὐδ' ἁρμονίη » κ. τ. ἑξ. Ἀλλ' οὐδ' ἂν αὐτὴ, φησὶν, ἡ τῶν στοιχείων ἁρμονία, ἐξ ὧν τὸ σῶμα καθεστήκοι, ψυχή· οὐ γὰρ οὐσία τίς ἐστιν ὑφεστῶσα καθ' αὑτὴν ἡ τῶν στοιχείων κρᾶσις, συμβεβηκὸς δὲ καὶ ποιότης οὖσα, οὔκουν ἂν εἴη ψυχή· ἄλλως τε οὐ μία σαρκῶν ἐστι φύσις καὶ εἴδους ἀθανάτου. Πῶς γὰρ τὰ πλείστῳ κατ' οὐσίαν ἀλλήλων διεστῶτα; τί δὲ πλεῖον ἔσται τοῖς ἀγαθοῖς τῶν ἐπισημοτάτων ἐν κακίᾳ, ὧν μία οὖσα κρᾶσις, ἤγουν ψυχὴ, ἢ κρείττους ἢ χείρους ἀπετέλεσεν; πῶς δ' οὐχὶ καὶ τοῖς ἀλόγοις οἱ λογικοὶ κατὰ φύσιν εἶεν οἱ αὐτοί; ἡ ἁρμονία γὰρ, ὥσπερ τοῖς ἀνθρώπων σώμασιν, οὕτω καὶ τοῖς τῶν ἀλόγων ὁμοίως ἐνορᾶται· κατὰ δὲ τοῦτον τὸν λόγον καὶ πάντες ἂν εἶεν βελτίους οἱ κράσεως καὶ ἁρμονίας σωμάτων εὐμοιροῦντες εὐφυεστέρας καὶ ἀμείνονος. Οἱ μὲν οὖν τοιαῦτα περὶ ψυχῆς ἐκενολόγησαν· ἄλλοι δὲ τὰ ζωῆς αἴτια, ὧν ἀπόντων ἡ ψυχὴ τὸ σῶμα καταλείπει νεκρὸν, ταῦτ' εἶναι ψυχὴν ἀνθρώπου διωρίσαντο. « Φορβὴ δ' οὔποτε

(2) *Εἰκαιομυθίας*. V. de hoc vocabulo Hasium *ad Leon. Diac.* IV, p. 445 ed. Bonn.
(3) *Θεοῤῥημοσύναις*. Codex semper uno rho. V. Bast. *Comm. pal.*, p. 733 et 788.

(4) *Ὥσπερ τι*. Sic Codex. V. Godofr. Hermann lib. *De emend. rat. Gr. Gr.*, p. 70, et Car. Goettling. *De accent. l. Gr.*, p. 85 ed. sec.
(5) *Πῦρ μαλερόν*. V. *Ilias*, IX, 242.

σοι, » καὶ ἑξῆς· εἰ, ὧν ἀπόντων, ἄνθρωπος σβέννυται, τοῦτό ἐστιν αὐτῷ ψυχή, ὥρα σοι τὴν ἡμερήσιον τροφὴν ψυχὴν σεαυτοῦ ἀποκαλεῖν· θνητὸν γὰρ ὄντα, τροφῆς ἄτερ ἀμήχανον παντάπασι ζῆν· ἔστι γὰρ παντὶ ζώῳ συντηρητικὴ δύναμις ἡ ἡμερήσιος ἐδωδή.

sunt; alii vero, principia vitæ, quibus deficientibus, anima corpus delinquit mortuum, hæc esse hominis animam affirmaverunt. « Esca vero nequaquam tibi » et seq. — Si quibus deficientibus homo exspirat, ista sunt ipsi anima, hora tibi quotidianum panem animam tuam vocare : mortalis enim cum sis, absque alimento impossibile omnino tibi vivere: nam omni animali conservatrix est virtus quotidianus victus.

22 *Οἶδα δὲ καὶ λόγον ἄλλον*, κτλ.

Οἶδα, φησὶ, καὶ ἕτερον δόγμα παλαιὸν, καὶ τοῖς πάλαι μέγα φρονοῦσιν ἐπὶ σοφίᾳ ληρῳδούμενον· ὅπερ οὐκ ἂν καταδιδαξαίμην, εἰκαῖον (6) καὶ ὑπόψυχρον ὄν. Φασὶ γὰρ προϋπάρχειν καθόλου τῶν ἀνθρώπων τὴν ψυχὴν, καὶ ταύτην κοινὴν εἶναι, καθὰ τῶν σωματικῶν στοιχείων ἕκαστον πᾶσιν ἀνθρώποις κατὰ τὴν γένεσιν ἐπιμεριζομένην, δι' ὅλου δὲ τοῦ ὑπὲρ κεφαλῆς ἀέρος πλανωμένην καὶ τῆς πρὸς τὰ σώματα δέσεως ἐφιεμένην. Εἰ δὲ τοῦτο δοθείη, πᾶσαν εἶναι ψυχὴν ὁμοιότροπον, ὡς μὴ τὴν μὲν βελτίω, τὴν δὲ χείρω, καὶ τὴν μὲν εὐθεῖαν ἀνωμολογῆσθαι, τὴν δὲ δύστροπον καὶ σκολιὰν, ὡς ἀέρος δὲ φύσιν εἰσπνευστήν τε καὶ ἐκπνευστὴν πᾶσι βροτοῖς καθεστάναι τὴν αὐτὴν, πάντες δὲ ἔσονται πᾶσι, καὶ ἔτι ζῶντες ἐν σώματι, καί γε μεταπνέοντες, εἴτουν ἀποβιοῦντες, πάντες ἐν πᾶσι κεῖσθαι ὑπονοηθήσονται, τῷ μίαν οἴεσθαι τῶν ὅλων ὑπάρχειν ψυχήν· ἡ αὐτὴ δὲ, φησὶ, καὶ τοῦ ἀέρος ὑπάρχει ῥύσις ἄλλοτ' ἐν ἄλλοις διαχυνομένη τόποις. Εἰ δὲ λέγοις, ὡς οὐχ οὕτως ἡ ψυχὴ χεῖται ὥσπερ ὁ ἀὴρ, ἐν ἑνὶ δὲ καὶ τῷ αὐτῷ χώρῳ διαμένει, πυνθάνομαί σε λοιπὸν, τί μὲν παρ' ἑαυτῇ μένουσα κατέσχεν, τί δὲ τὸ τοῖς μητρῴοις σπλάγχνοις ζωογονούμενον ἢ κυοφορούμενον. Εἰ γὰρ ἐκτός με οὖσαν ἀπολελυμένην τοῦ σώματος καὶ ἐλευθέραν φήσειε τυχὸν ἡ ψυχὴ, ἡ μήτηρ μερίσασα προέσπασεν ἢ προεσπάσατο, τί μὲν ἔσχε καθ' ἑαυτὸ μένον, τί δὲ τὸ ἐν κόλποις αὐτῆς ζῶν, καὶ εἰς τὸν ἐπώδυνον βίον καὶ πολύμοχθον ἐρχόμενον. Εἰ δέ γε σὺ ταύτην καὶ πλεόνων τέκνων μητέρα ὑποθείης, τετίμηκας ἄτιμον τιμὴν, πλεόνων ψυχῶν ταῖς δυσχερείαις τοῦ βίου καὶ ταλαιπωρίαις δακνομένων καὶ κολαζομένων αἰτίαν ταύτην ἀποδεικνύς.

32 *Οὐ πινυτῶν ὅδε μῦθος, ἐτώσια παίγνια βίβλων*, κτλ.

Οὗτος μὲν, φησὶν, ὁ λόγος ὁ μίαν τοῖς ὅλοις ἀνθρώποις ἐπιμεριζόμενος, ὡς εἴρηται, ψυχὴν, ἀφροσύνης καὶ ἀνοίας μεστός· ἐτώσια δὲ καὶ μάταια καὶ παιδαριώδη παίγνια βίβλων ἀνατάττονται καὶ ὅσοι πολλὰ σώματα κατὰ τοὺς βίους τῶν παλαιῶν ἀνδρῶν, ἀγαθῶν τε καὶ κακῶν, ἢ δι' ἀντάμειψιν ἀρετῆς ἢ δι' ἁμαρτίας ποινὴν μίαν καὶ τὴν αὐτὴν ἀμείβειν ἐδόξασαν ψυχήν. Καθάπερ γὰρ ἄνδρα τινὰ ἱματίοις περιστέλλοντες, καὶ αὖθις ἀκόσμως μετενδύοντες, καὶ ἀπὸ ἄλλου σώματος εἰς ἄλλο, οὐκ ἀνθρώπου μόνον, ἀλλὰ καὶ ζώου ἀλόγου καὶ φυτοῦ πάλιν σῶμα μεταγγίζοντες τὴν ψυχὴν, καὶ οὕτω κενολογοῦντες καὶ μάταια ληροῦντες οὐ συνιοῦσιν· καὶ ὥσπερ τὸν παλαιὸν ἐκεῖνον Ἰξίονα οἱ μῦθοι πλάττουσιν εἰς θεὸν ἡμαρτηκότα, τροχῷ ἐνειρόμενον, καὶ ἀενάως (7) ἐν

(6) Cod. *εἰκαῖον*.

22 *Novi et aliam sententiam*, etc.

Novi, ait, et aliam sententiam veterem, et olim superbientibus in sapientia usitatas ineptias, quas certe non docerem, quippe quod est inconsideratum, nulliusque pretii. Aiunt enim prorsus præexsistere animam hominum, ipsamque communem elementorum corporeorum singulis esse, omnibus hominibus in die nativitatis divisam, utpote quæ per aera ubique supra caput diffusa et junctionis cum corporibus avida. Quod si detur, omnem esse animam morum eorumdem, proinde non hanc meliorem, et illam pejorem, nec hanc rectam, illam vere morosam et perversam in confesso esse, sicut aeris natura ad aspirandum et respirandum omnibus mortalibus constat eadem, omnes erunt omnium et adhuc viventes in corpore et exspirantes; aut decedentes omnes in omnibus jacere existimabuntur ex sententia credentis universorum exsistere animam : eadem, ait, et aeris exsistit fluxio nunc in his, nunc in istis diffusa locis. Si autem dixeris: Non diffunditur anima sicut aer, in uno et eodem loco remanet, te interrogabo de cætero : Quid si apud se ipsam manens perstat? Quid e contra de concepto maternis in visceribus, quid de prægnata? Si me solutam corpore et liberam, dicere poterit anima, mater dividens projecit aut projicere coacta est, quid retinuit in se manens, quid vero quod in sinu ejus vivens atque in dolorosam vitam et ærumnosam accedens? Supponasque ipsam et numerosæ matrem prolis, pro honore ignominiam dedisti, qui multarum animarum ærumnis vitæ et miseriis oppressarum et lactarum causam illam ostendis.

32 *Vana librorum ludibria ac hominum minime sapientium est opinio*, etc.

Iste, inquit, unam universis hominibus attribuens, ut dictum est, divisam animam, sermo insania atque ineptia redundans. Vanis et fatuis et puerilibus crepundiis libros composuerunt, quotquot multa corpora per veterum vitas virorum, bonorum et malorum, sive ob virtutis remunerationes, sive ob peccati pœnas, unam et eamdem successive habitare opinati sunt animam. Namque sicut qui virum quemdam vestibus operirent et iterum inordinate exuerent, ab alio corpore animam iterum in aliud transfundentes corpus, non tantum hominis, sed etiam animalis irrationabilis et plantæ, et sic vana loquentes, et stulta delirantes non intelligunt. Et sicut antiquum istum Ixiona fabulæ depingunt in Deum cum peccavisset, ad rotam

(7) *Ἀενάως*. Non omnia vera sunt quæ de

alligatum et jugiter in circulo volutum puniri; sicut etiam Tantalum alio modo impium aliter ad numinis placitum pœnas dantem, sic et isti miseram animam nunc ab homine in hominem, nunc et in belluæ aut canis aut serpentis aut avis, deinde in piscis aut arboris corpus immittentes, secundum ipsorum arbitrariam et jugo impatientem mentem rursum in hominem redintegrant. Nec semel eamdem in singula dictorum animalium inducunt animam, sed multoties, quandiu metempsychosis jubet orbis. Quousque delirabitis et vana loquemini? Quousque judicabitis et condemnabitis animam, in bestias et arbores et aves et pisces ejicientes eam? Ego vero, ait veri amicus sermo, nunquam vidi belluam sapientem verba proferentem, nec arborem loquentem audivi; garrulam cornicem corniculantem vidi non philosophantem, semperque pisces mutos transnatantes videmus undam.

44 *Quod si postrema est animæ pœna*, etc.

Absurdis de anima dictis si addatur adhuc pœnam ad extremum impie viventes manere, sicut isti dicunt, insana horum injustaque sunt vituperatio et judicium; etenim in incorpoream animadvertatur animam, mirum profecto : quomodo quæ cum corpore impie egit nuda pœnas luet? Si vero cum carne, cum qua, hominis, belluæ, pecudis, serpentis aut avis aut piscis, aut arboris aut ligni tradetur igne punienda? Insania! Et aliud citat maxime mirandum in dictis : nempe quod tot ligata fatis dicit anima : ab hominum corporibus in alia virorum seu mulierum, et rursus a mulierum corporibus in alia, et inde in variorum animalium et plantarum me ligasti corpora, ita ut multa me scientem et in experientia constitutam mutationum et catenarum serie involvas, miror, inquit, vehementer. Quomodo e mea excidit memoria illud solum, scilicet nosse e qua pelle aut corpore in id in quo nunc jaceo deveni? In quibus primum mortua sum, et quæ fiam post hæc discere exopto. Etenim ut videtur et jocosius dicam, meus vinctor et fabricator in animabus dives non est sicut in saccis, ideo propter corporum penuriam diversorum in figuras animalium transfundor. Delirium! Eheu! Aberratio longa, propriam vitam non cognoscere! Sane incredibilis hæc oblivionis abyssus, cum de prima in mundo habitatione quam habuit nullum memoriæ vestigium relinquatur in anima. « Nostrum intelligas » et seq. Refutatis pseudosapientium ineptiis, inquit divine sapiens, excellens de anima aggrediens documentum, nostrum et verum in aures tuas excipe, et parvum leporem suavitatemque miscebo in præsenti carmine. Et de

κύκλῳ περιστροβούμενον κολάζεσθαι· ὥσπερ δὴ καὶ τὸν Τάνταλον ἄλλον ἠσεβηκότα τρόπον, ἄλλως τὴν θεήλατον τιννύναι δίκην· οὕτω καὶ οὗτοι τὴν ἀθλίαν ψυχὴν ἐξ ἀνθρώπου ἔστι μὲν ὅτε εἰς ἄνθρωπον, ἔστι δ' ὅτε καὶ εἰς θῆρα καὶ κύνα καὶ ὄφιν καὶ εἰς ὄρνιν, ἔπειτα καὶ ἰχθὺν καὶ θάμνον μετενσωματοῦντες, κατὰ τὸν αὐτόνομον αὐτῶν καὶ κακοδαίμονα νοῦν, αὖθις εἰς ἄνθρωπον μετάγουσι· καὶ οὐχ ἅπαξ τὴν αὐτὴν εἰς ἕκαστον τῶν εἰρημένων ζώων, ἀλλὰ καὶ πολλάκις, ἐπεισκρίνουσι ψυχὴν, ἐπειδὰν ὁ τῆς μετεμψυχώσεως κελεύῃ κύκλος. Μέχρι τίνος ληρήσετε καὶ βαττολογήσετε; μέχρι τίνος καταδικάσετε καὶ κατακρινεῖτε τὴν ψυχὴν, εἰς θῆρας καὶ θάμνους καὶ ὄρνεις καὶ ἰχθῦς μεταφέροντες αὐτήν; Ἐγὼ δὲ, φησὶν ὁ φιλαλήθης λόγος, οὐπώποτε εἶδον θηρὸς σοφοῦ φθεγγομένου λόγον, οὐ θάμνου λαλούσης ἐπακήκοα· κορώνην δὲ λακερύζουσαν, κρώζουσαν εἶδον, οὐ φιλοσοφοῦσαν· ἀεὶ δὲ καὶ τοὺς ἰχθῦς ἀφώνους τὴν ὑγρὰν διαπλέοντας ὁρῶμεν.

44 *Εἰ δὲ καὶ ὑστατίη ψυχῆς τίσις*, κτλ.

Εἰ πρὸς τοῖς εἰρημένοις περὶ ψυχῆς ἀτόποις ἔτι καὶ κόλασις ὕστερον τοῖς ἀσεβῶς βιοτεύσασιν ἀπόκειται, ὡς ἐκεῖνοί φασιν, μάταιος τούτων καὶ ἄδικος ὁ ἐλεγμὸς καὶ ἡ κατάκρισις· εἰ μὲν γὰρ ὡς ἀσάρκου καταδράμοι τῆς ψυχῆς, θαυμαστὸν ἂν εἴη τοῦτο· πῶς μετὰ σώματος αὕτη ἀσεβήσασα, γυμνὴ δίκας ἀποτίννυσιν; εἰ δὲ μετὰ σαρκὸς, τῆς ποίας; τῆς ἀνθρωπίνης; τῆς θηριώδους; τῆς κτηνώδους; τῆς ὀφιώδους ἢ τῆς ὀρνεώδους καὶ ἰχθυϊκῆς; ἢ τῆς θαμνώδους καὶ ξυλώδους παραδοθήσεται τιμωρεῖσθαι τῷ πυρί; τῆς ματαιότητος. Καὶ ἄλλο δέ φησι μέγιστον θαῦμα πρὸς τοῖς εἰρημένοις. Ὅτι γὰρ ἡ πολύδετος ψυχὴ, λέγει, ἐξ ἀνδρῴων σωμάτων εἰς ἀνδρῷα ἢ καὶ γυναικεῖα, καὶ αὖθις ἐκ γυναικείων εἰς ἑκάτερα, καὶ ἐκ τούτων εἰς διαφόρων ζώων καὶ φυτῶν συνέδησας σώματα, ὥστε πολλῶν με γνώστην πραγμάτων καὶ ἐπιστήμονα καταστῆσαι ταῖς μεταβολαῖς καὶ τοῖς δεσμοῖς, ἄγαμαι, φησὶ, σφόδρα, πῶς τοῦτο μόνον τὰς ἐμὰς παρεληλύθει φρένας, τὸ εἰδέναι ἐξ ὁποίας δορᾶς, ἤτοι σώματος, εἰς τόδε, ὃ νῦν περίκειμαι, μετῆλθον· ἐν πόσοις δὲ πρότερον προτεθνήκειν, καὶ τίς ἂν γενοίμην μετὰ ταῦτα, μαθεῖν ἐδίψων. Ὡς γὰρ ἔοικεν, ἵν' εἴπω καὶ γελοίως, ὁ ἐμὸς δέτης καὶ πλάστης, οὐχ ὥσπερ τοῖς θυλάκοις, οὕτως ἐπλούτει καὶ ψυχαῖς, δι' ὃ τῶν σωμάτων σπάνει εἰς ἀλλοκότων ζώων μεταγγίζομαι μορφάς· τῆς μανίας. Ἆρα τοῦτο μακρᾶς πλάνης, τὸ τὴν ἰδίαν βίωσιν ἀγνοεῖν; ὄντως ὑπερβολικῆς τοῦτο λήθης βυθὸς, τὸ τῆς προτέρας ἐν κόσμῳ πολιτείας, ἧς ἐπολιτεύσατο, μηδὲ τὸ τυχὸν ἴχνος μνήμης ἐναπολελεῖφθαι τῇ ψυχῇ. « Ἡμέτερον δ' ἀΐοις, » κ. ἑξ. Ἀποῤῥαπίσας ὁ θεόσοφος τὰς τῶν ψευδοσόφων φληναφίας· Ἐντεῦθεν, φησὶ, τὴν περὶ ψυχῆς ἀρίστην διδαχὴν τὴν ἀληθῆ καὶ

v. ἀέναος, ἀέννοος, ἀεῖνως nuper commentatus est Fix v. d. in editione Paris. *Thesauri* Steph., fasc. III, p. 746, sed sola forma ἀέναος vera est. V. Hermanni *Opusc.* vol. VI, p. 287 prima syllaba producta v. Spitzn. de v. Hom. p. 73, et ita semper scribitur in nostro codice quoties redit. Locis ab aliis laudatis adde Manethon. *Apotel.* I, 207. *Anthol. Palat.* I, 1, 19, 1. Forma contracta ἀεῖνως nusquam reperitur; formam ἀέννοος etiam. Ego puto librariis deberi; legitur etiam apud Xenophontem l. *De redit.*, IV, 17, loco a Schneidero laudato, sed in *Thesauro* Steph. prætermisso.

ἡμετέραν ἀναλαβὼν, ταῖς σαῖς ἐναπόδου ἀκοαῖς, μικρὰν δὲ τέρψιν καὶ ἡδύτητα τῇ παρούσῃ προσαναμίξομεν ᾠδῇ· καὶ τὴν περὶ ψυχῆς ὑμνολογίαν ἢ θεολογίαν οὐκ ἀηδῆ τοῖς συνετῶς ἐπαΐειν ἐθέλουσι παραθησόμεθα.

anima hymnum aut theologiam non injucundam iis qui prudenter intelligere volunt, exponemus.

55 *Ἦν ποτε, ἦν ὅτε κόσμον ἐπήξατο νοῦ Λόγος* [*αἰπύς*, κτλ.

Ἄνωθεν τὸν περὶ ψυχῆς λόγον ἀπ' ἀρχῆς τῆς τοῦ κόσμου γενέσεως ὁ θεῖος ἀναλαβόμενος ἱεροφάντης, ἦν ποτε, ἦν ὅτε, φησὶν, ὁ ὕψιστος τοῦ πρώτου νοῦ λόγος, τῷ πατρικῷ βουλήματι τὸν ὅλον τουτονὶ κόσμον, ὑπέστησεν ἐκ μὴ ὄντων εἰς τὸ εἶναι· εἶπεν γὰρ, καὶ ὅσα καὶ οἷα ἠθέλησεν παρήχθη. Ὡς οὖν ἅπαντα πρῶτον, οὐρανὸς, γῆ, θάλασσα καὶ τὰ ἐν αὐτοῖς ὑποπάντα εἰς ἕνα κόσμον συνεκέκριτο, ἐζητεῖτο δὲ οἷόν τις κόσμος δεύτερος, τῆς τε μητρὸς τῶν ἁπάντων σοφίας ἐπιστήμων, καὶ τῶν ὁρατῶν καὶ ἐπιγείων ἁπάντων κατ' εἰκόνα τοῦ κτίστου θεοειδὴς βασιλεύς· δι' ὃ λέγει, « Ἤδη μὲν καθαροὶ, » καὶ τὰ ἑξῆς. Οἱ μὲν καθαροὶ καὶ ἀθάνατοι τῶν ἀγαθῶν ἀγγέλων διάκοσμοι, τὸν οὐράνιον διαλαχόντες χῶρον, τὴν ἐμὴν δόξαν διαιωνίως μέλποντες ὑμνοῦσιν· γῆ δὲ καὶ ὁ φαινόμενος ὅλος οὑτοσὶ κόσμος τοῖς ἀλόγοις ζώοις καὶ ταῖς φυσικαῖς χάρισι τῶν ὁρατῶν ἡδόμενος καθωραΐζεται, ἐξ ἀμφοῖν δὲ τοῖν γενοῖν, ἀθανάτων φημὶ καὶ θνητῶν, ἤτοι λογικῶν καὶ ἀλόγων, νοήμονα μέτοχον κόσμου τοῦ νοητοῦ καὶ αἰσθητοῦ ἤρεσέ μοι συμπῆξαι· τοῦτον δὲ εἶναι ἄνθρωπον μέσον οὐρανίων μεγέθους καὶ χθονίων ταπεινότητος, τῇ ὁράσει μὲν τοῖς ὁρατοῖς, τῷ νοῒ δὲ τοῖς νοητοῖς ἐπιβάλλοντα, καὶ ταῖς νοεραῖς θεωρίαις μυσταγωγούμενον καὶ τερπόμενον, ἄγγελον ἄλλον, ἀπὸ γῆς ἤρεσε κατασκευάσαι, τῶν ἐμῶν ποιημάτων τε καὶ βουλευμάτων μύστην καὶ δοξαστήν.

55 *Mundum olim, condidit summæ mentis sublime* [*verbum*, etc.

A principio sermonem de anima, ab initio generationis mundi divinus repetens sacrorum revelator : Erat in principio, inquit, erat cum altissimum primæ intelligentiæ Verbum ad paternam voluntatem universum hunc mundum fecit de nihilo prorumpere in exsistentiam; dixit enim et quot et quanta voluit apparuerunt. Ubi primum ergo omnia, cœlum, terra, mare et in his exsistentia in unum mundum simul divisa sunt, quærebat quodammodo quis mundus alter in matre omnium sapientia peritus, et visibilium et terrestrium omnium rex esset in similitudine Dei exsistens, in similitudine Creatoris. Ideo dicit : « Jamjam puri » et seq. Et quidem puri ac immortales bonorum angelorum chori cœlestem sortiti locum meam gloriam constanter concelebrant : terra vero et visibilis universus hicce mundus amœno de spectaculo animantium irrationabilium et venustatum physicarum gaudet et superbit. Ex duobus autem generibus, immortalium scilicet et mortalium, irrationabilium et rationabilium, prudentem participem mundi sive spiritualis sive sensibus corporeis obnoxii fingere mihi placet : scilicet hominem medium magnificentiam inter cœlestium et terrestrium abjectionem, vultu quidem visibilibus, spiritu vero spiritualibus adjunctum, ipsum quoque intellectualibus contemplationibus initiatum et complacentem, angelum alterum qui super terram gaudium arbitretur fieri operum voluntatumque mearum sacerdotem et celebratorem.

70 *Ὡς ἄρ' ἔφη*, κτλ.

Ταῦτα μὲν ὁ δημιουργὸς Λόγος, οὐ λόγοις ταπεινοῖς οὕτως ἔφη καὶ μεριστοῖς, νοήμασι δὲ ἑνιαίοις καὶ θεοπρεπέσιν, ὁμοῦ τε ταῦθ' οὕτω δρᾷν ἐνενόησε, καὶ ἔργον παρέστη τὸ ἐννόημα· καὶ παρὰ μὲν τῆς νεωστὶ γενομένης ὕλης τοῖς ἀθανάτοις αὐτοῦ δακτύλοις μερίδα χοὸς, ὡς αὐτὸς οἶδεν, ἀνειληφὼς, τὴν ἐμὴν διεπλάσατο μορφὴν, ἐν αὐτῇ δὲ μοῖραν τῆς ἰδίας ἀπορρήτως ἐνέθηκε ζωῆς (τοῦτο γὰρ τὸ, *μοιρήσατο*)· ἐνέπνευσε γὰρ πνεῦμα, ὃ δὴ ἀπόρροιά τίς ἐστι τῆς ἀσωμάτου θεότητος καὶ ἀθεάτου. Ἔκ τε οὖν τοῦ χοὸς τῆς σαρκὸς ἐμοὶ σχηματισθείσης, καὶ τῆς ψυχῆς δέ μοι διὰ τῆς παντοκράτορος κτισθείσης πνοῆς, εἰς ἄνθρωπον, φησὶ, ἕνα συνεπάγην, εἰκὼν τοῦ ἀθανάτου γενόμενος Θεοῦ, τῷ αὐτεξουσίῳ νῷ καὶ ἀρχικῷ· τούτοις γὰρ ἡ πρὸς τὸν Πλάστην ὁμοίωσις ὁρᾶται, καὶ ὁ ἐν ἀνθρώπῳ νοῦς ἀμφοτέρων τῆς τε ψυχῆς βασιλεύει καὶ τοῦ σώματος, δι' ὃ καὶ αὐτοκράτωρ τῶν ἐν ἡμῖν ἀνηγόρευται παθῶν· ἐντεῦθεν καὶ πρὸς ἄμφω τοὺς βίους γήϊνον καὶ οὐράνιον φυσικῶς ἐπιῤῥέπειν μοι δοκῶ, τὸν μὲν διὰ τὸ σῶμα, τὸν δὲ διὰ τὸ πνεῦμα στέργων, καὶ πρὸς ἑκάτερα ταῖς ἐπιθυμίαις διελκόμενος.

70 *Sic dixit*, etc.

Hæc dixit mundi fabricator Verbum non vocibus vilibus et divisis, sed cogitatione unica Deoque digna, simul atque sic facere cogitavit, et opus cogitata manifestavit, et de recens facta materia immortalibus digitis, partem terræ, sicut ipse novit, sumens, meam plasmavit formam in eaque propriæ vitæ partem arcane posuit; hoc enim : partitus est; namque inspiravit spiritum, qui inde emanatio quædam est incorporeæ invisibilisque deitatis. De terra ergo carne mea efficta et anima mihi per omnipotentem spiritum constituta, homo unus, inquit, compositus sum , imago immortalis Dei factus, libera et dominatrice intelligentia. Istis enim similitudo cum Creatore conspicitur quod in homine intelligentia in ambos regnet, nempe animam et corpus : itaque de seipsa dominans in nostros affectus denuntiatur. Inde ad utramque vitam quam sortitus sum, terrestrem et cœlestem pronus mihi videor, nunc corporis, nunc spiritus vitam fovens et ad alterutram voluptate tractus.

78 *Talis fuit primogeniti hominis colligatio*, etc.

In principio primi patris coagmentatio seu plasmatio et animatio juxta dictum effectæ sunt modum; et ab origine ista usque ad finem, caro ex carne, anima ex anima oritur, corpus quidem e corporea visibiliter emanatione fit, anima vero modo incognito et invisibili in corporis figmentum incidit. Quomodo hoc vel illud? Sicut solus novit qui primum affixit figuram terræ et spiritum dedit carni. Nisi tamen quis, inquit, sermonibus consentiens meis, confidenter hunc addat sermonem, multis sic docentibus obsequens, scilicet: Ergo et corpus quod primo plasmatum de terra est, per omnes ex ordine mortales immistum tanquam humana fit fluxio et sicut ex ista primo plasmata radice ex alio alium habere hominem ex homine non cessat. Similiter et a Deo inspirata anima in corpora hominum creata, nuper facta et ipsa incidit et ingeritur et tanquam e radice primæ creationis hujus in multas et novas multiplicatur et in mortalia et similis aspectus corpora dividitur secundum voluntatem et efficaciam benedicentis et jubentis ut crescant, et multiplicentur et repleant universam faciem terræ.

78 *Ἦδε μὲν ἀρχεγόνοιο βροτοῦ δέσις*, κτλ.

Ἡ μὲν ἐν ἀρχαῖς τοῦ προπάτορος δέσις, ἤτοι πλάσις καὶ ἔμπνευσις, τὸν εἰρημένον διεσκευάσθη τρόπον· ἐξ ἐκείνης δὲ τῆς ἀρχῆς ἄχρι τέλους σὰρξ μὲν ἐκ σαρκὸς, ψυχὴ δὲ βλαστοῦσα ἐκ ψυχῆς (8), τὸ σῶμα μὲν ἐκ τῆς σωματικῆς ῥύσεως ὁρατῶς, ἡ ψυχὴ δὲ ἀγνώστως καὶ ἀοράτως τῇ τοῦ σώματος διαπλάσει συνεισπίπτει· πῶς τοῦτο ἢ πῶς ἐκεῖνο; ὡς μόνος οἶδεν ὁ πρῶτον συνθήσας τὴν εἰκόνα τῷ χοῒ καὶ πνεῦμα συνδεδηκὼς τῇ σαρκί· εἰ μή τις, φησὶ, τοῖς ἐμοῖς συνηγορῶν λόγοις καὶ τοῦτον θαῤῥαλέως προσθήσει τὸν λόγον, πολλοῖς οὕτω δογματίζουσιν ἑπόμενος, ὡς ἄρα καὶ τὸ σῶμα, τὸ πρῶτον πλασθὲν ἀπὸ γῆς, πρὸς τοὺς καθεξῆς βροτοὺς πάντας συγκιρνώμενον, ὥσπερ ἀνδρομέα γίνεται ῥύσις, καὶ ὡς ἀπὸ τῆς πρωτοπλάστου ῥίζης ἐκείνης ἄλλοτε ἄλλον ἔχουσα βροτὸν ἐκ βροτοῦ οὐκ ἀπολήγει. Ἀναλόγως δὲ τούτῳ καὶ ἡ παρὰ Θεοῦ πνευσθεῖσα ψυχὴ, τοῖς τῶν ἀνθρώπων σώμασι πλαττομένοις, οἷα ἀρτιγέννητος, καὶ αὐτὴ συνεισπίπτει καὶ συνεξανθεῖ, καὶ ὥσπερ ἐκ σπέρματος τῆς ἀρχεγόνου ψυχῆς ἐκείνης εἰς πολλὰς καὶ ἀπείρους πληθύεται, καὶ ἐν τοῖς θνητοῖς καὶ ὁμοειδέσι σώμασι καταμερίζεται, κατὰ βούλημα καὶ σθένος τοῦ εὐλογοῦντος καὶ προστάττοντος αὐξάνειν τε καὶ πληθύειν καὶ πληροῦν ἅπαν τὸ πρόσωπον τῆς γῆς.

91 *Propterea principatum intellectilem nacta* [*est*, etc.

Cum e plasmato in principio a manu Dei cuncta ex ordine hominum corpora, communi germine et natura originem ducant, cum ex primitus facta et genita primi parentis anima per analogiam et omnes mortalium animæ originem ducant modo simili, consequenter et intelligentem mentis præstantiam sortiuntur cunctæ. Postquam objectionem vidit sub his propositionibus retectam divinus scriptor, nempe de motibus irrationabilibus et ineptis lactentium et infantium, victrici modo hanc explanat exemplo allato. Nam sicut in minusculis fistulis et perangustis validum flamen remanens exiguam et minus æquo plenam discrepanter emittit sonum quantacunque peritia præstet tibicen. Quando autem latæ fistulæ et harmonice foratæ in manus periti viri traduntur, tunc perfectam et canoram dant vocem. Sic et hominis anima in infantilibus imbecillis membris intellectu deficit, sed perfecta fiant et ipsa illustratur energia plene pollens et innato proprioque ingenio.

91 *Τοὔνεκεν ἡγεσίην νοερὴν λάχεν* (9), κτλ.

Ἐπειδὴ τῷ κατ' ἀρχὰς χειρὶ Θεοῦ πλαστουργηθέντι πάντα καθεξῆς τὰ τῶν ἀνθρώπων σώματα συμφυῆ καὶ ὁμοούσια, τῇ πρωτοκτίστῳ δὲ ἡ πρωτογόνῳ τοῦ προπάτορος ψυχῇ, ἀναλόγως καὶ πᾶσαι τῶν βροτῶν ἐκεῖθεν βλαστάνουσι καθ' ὁμοιότητα· διά τοῦτο καὶ τὴν νοερὰν τοῦ νοὸς ἡγεμονίαν ἅπασαι διαλαγχάνουσιν. Ἐπειδὴ δὲ ἀντίθεσιν εἶδε τῷδε τῷ λόγῳ ἀνακύπτουσαν ὁ θεηγόρος, τὴν ἀνόητον καὶ ἄλογον λέγω κίνησιν τῶν νηπίων καὶ βρεφῶν, παραδείγματι ταύτην πιθανῶς ἄγαν ἐπιλύεται. Ὡς γὰρ ἐν μικροτάτοις αὐλοῖς καὶ στενοπόροις πνεῦμα μέγα ἐναπολειφθὲν, στενὴν τε καὶ ἔκτροπον, ὅ ἐστι δύσηχον, ἀναβάλλει τὴν ἠχὴν, εἰ καὶ πάνυ ὁ αὐλητὴς ἐπιστήμων ὢν τύχοι· ἡνίκα δ' ἂν πλατεῖς οἱ αὐλοὶ καὶ συμμέτρως εὐρύποροι εἰς χεῖρας ἀνδρὸς τεχνίτου περιενεχθεῖεν, τότε δὴ τελείαν καὶ εὔρυθμον ἀφιᾶσι τὴν φθογγήν· οὕτω καὶ ἡ τοῦ ἀνθρώπου ψυχὴ, ἐν νηπιώδεσι μὲν ἀσθενοῦσα μέλεσιν ἀνοηταίνει, τελειουμένοις δὲ καὶ αὐτὴ τελείας τὰς ἐνεργείας καὶ πάντα τὸν οἰκεῖον συναναλάμπει σύμφυτον νοῦν.

97 *Postquam autem suum condidit hominem im-* [*mortalis Filius*, etc.

Deinde divinum Verbum, immortalis unigenitus Patris cum ad imaginem suam hominem creavit, propter quid creavit? Ut haberet, inquit, hunc in novissimis diebus gloriæ propriæ fontem nova et sublimi adinventione: nimirum creator fit homo,

97 *Αὐτὰρ ἐπειδὴ τεῦξεν ἑὸν βροτὸν ἄφθιτος* [*Υἱός*, κτλ.

Ἐπειδὴ ὁ θεῖος Λόγος, ὁ ἀθάνατος τοῦ Πατρὸς Μονογενὴς, κατ' εἰκόνα ἰδίαν τὸν ἄνθρωπον ἐδημιούργησε, τίνος ἕνεκεν; Ὡς ἂν, φησὶν, ἔχοι τοῦτον ἐν ἡμέραις ἐσχάταις δόξης ἰδίας ἀφορμὴν καινοπρεποῦς καὶ μεγαλοπρεποῦς, ὅτε δὴ τοῦ κτίσαντος ἀνθρωπ-

(8) *Σὰρξ μὲν... ἐκ ψυχῆς* expunxit Billius, quia pugnent cum verbis Gregorii ψυχὴ δ' ἐπιμίσγεται ἀΐστως, quibus verbis significat animam corpori divinitus infundi.

(9) Laudat hunc locum Mich. Glycas *Annal.* p. 1, p. 159, 13, ed. Bonn.: Καθάπερ γὰρ μουσικὸς ἄριστος ἐν μὲν μικροῖς αὐλοῖς στενόν τε καὶ ἔκτροπον μέλος ἀπήχησεν, ἡνίκα δὲ εὐρυπόρους εὕρῃ αὐλοὺς, τότε τὴν αὐτοῦ τέχνην ὅλην ὑπέδειξεν· οὕτω καὶ ψυχὴ, ὡς ὁ θεόλογος Γρηγόριος ἐν τοῖς ἐμμέτροις αὐτοῦ διεξεισιν ἔπεσι, κ. τ. ἑξ.

φανέντος καὶ νέου Ἀδὰμ γεγενημένου, ὁ παλαιὸς Ἀδὰμ διὰ πίστεως ὅλον τὸ γήϊνον ἀμείψας, καὶ τῷ οὐρανίῳ Θεῷ προσκολληθείς, Θεὸς αὐτῷ συνοδεύσει πρὸς τὸν οὐρανόν. Ταύτην μεταξὺ τοῦ λόγου τὴν αἰτίαν τῆς πλάσεως ὑπαινιξάμενος ἐπάγει· « Οὔτε μιν, οὔτ' ἀνῆκεν ἐλεύθερον, » καὶ ἑξῆς· ὃ δὲ λέγει, τοῦτό ἐστιν· Ὡς οὔτε παντάπασιν ἐλεύθερον ἀφῆκεν τὸν ἄνθρωπον καὶ αὐτοδέσποτον (πῶς γὰρ καὶ ἦν ἄξιον ἔξω τῆς παντοκράτορος κεῖσθαι δεσποτείας;), οὔτε δὲ παντελῶς τοῦτον τρόπον ἀλόγων ἀνάγκης ὑπέζευξε ζυγοῖς· τὸν φυσικὸν δὲ νόμον καὶ ἀγαθὰς ἐννοίας τῇ αὐτοῦ καρδίᾳ ἐγγραψάμενος, ἐν τοῖς μεσαιτάτοις τοῦ ἀειθαλοῦς παραδείσου ἀμφιτάλαντον τίθησι χώροις, καὶ ἀμφιῤῥεπῆ μὲν ὡς αὐτοκίνητον καὶ αὐτεξούσιον, γυμνὸν δὲ ὡς ἁπλοῦν καὶ ἀπόνηρον, διπλόης τε πάσης ἐλεύθερον καὶ ὑποκρίσεως· καὶ γὰρ ἔμοιγε κριτῇ ἡ θεόφθεγκτος ἀπεφήνατο φωνή· ὁ παράδεισος οὗτος οὐρανία χρηματίζει κατάστασις καὶ δίαιτα ἁγίων νοῶν, οὗ δὴ τὸν ἄνθρωπον ἐν ἀρχαῖς ὁ πλάστης γεωργὸν ἐννοιῶν θείων καὶ λόγων δραστήριον ἐθήκατο.

107 *Οἴου μιν ἀπέεργε τελειοτέροιο φυτοῖο*, κτλ.

Ἑνὸς φυτοῦ μόνου τὴν γεῦσιν ἐκώλυσεν ὁ Πλαστουργός. Εἰ μέν τι καὶ ξύλου εἶδός τι ἦν ἐκεῖ τὸ τῷ πρωτοπλάστῳ ἀπηγορευμένον, τοῖς εἰποῦσιν οὐ διοίσομαι· θεωρίας δὲ μετάληψιν κρείττονος ἢ κατὰ τὴν ἕξιν Ἀδὰμ τὸ φυτὸν ἐκεῖνο νοεῖν καὶ πάνυ συντίθεμαι τῷ διδασκάλῳ. Αὕτη γάρ, φησί, τελείαν ἐν ἑαυτῇ διάκρισιν τοῦ ἀγαθοῦ τε ἔχει καὶ τοῦ κακοῦ, κατὰ τὸν αὐτῆς μεταλαμβανομένη καιρόν· δι' ὃ οὐ τοῖς πρὸς Θεὸν ὁδεύειν ἀρχομένοις, ἤτοι νηπίοις καὶ ἀτελέσιν ἐν Χριστῷ, λυσιτελής, ἀλλὰ τοῖς τὴν νοερὰν προκεκοφόσιν ἡλικίαν, καὶ εἰς μέτρον πνευματικῆς ἐπιδόσεως ἐν θεωρίᾳ καὶ πράξει Χριστοῦ κατηντηκόσιν, τοσοῦτον βαρύνουσα τοὺς ἀτελεῖς, ὅσον καὶ ἡ στερεὰ τροφὴ τοὺς γάλακτος ἔτι δεομένους. Ἀλλ' ἐπειδὴ τοῦ φθονεροῦ δαίμονος ἐπιβουλαῖς καὶ γυναικὸς παραινέσεσιν ἡττηθείς, τῆς ἀπειρημένης ἐκείνης γεύσεως πρὸ ὥρας καὶ παρὰ τὴν ἐντολὴν μετέσχε, τοὺς δερματίνους μὲν χιτῶνας, ἤτοι τὴν βαρεῖαν καὶ θνητὴν σάρκα, ἀντὶ τοῦ διαφανεστάτου καὶ λεπτοτάτου σώματος νεκροφόρος ἀμφιάσατο γεγονώς. Τῷ θνητὸν δὲ τοῦτον γενέσθαι, διακέκοπται μὲν ἡ ἁμαρτία τῷ θανάτῳ, ὡς μὴ διαιωνίζειν τὸ κακόν, καὶ τοῦτο δὲ ἔργον ἀγαθότητος Θεοῦ· αὐτὸς δὲ

117 *Ἦλθε μὲν ἄλσεος ἐκτὸς ἐπὶ χθόνα, τῆς γένος ἦεν*, κτλ.

Τοῦτο τῆς παραβολῆς τὸ κέρδος, καὶ ταύτην ὁ ἄνθρωπος ἀπώνατο τῆς παραβάσεως ἀντάμειψιν, τὸ ἔξω πεσεῖν τοῦ παραδείσου, καὶ εἰς γῆν, ἐξ ἧς ἐλήφθη, στραφῆναι, καὶ ζωὴν ἐπώδυνον καὶ πολύμοχθον κατακριθῆναι· τῷ ἐριτίμῳ δὲ τῆς ζωῆς ξύλῳ τῷ ἐν μέσῳ τοῦ παραδείσου νοουμένῳ, ὃ δὴ τυχὸν ἡ ἀκραιφνεστάτη Θεοῦ θεωρία καὶ ἀκροτάτη τοῦ ἀκαταλήπτου γνῶσίς ἐστι, τούτῳ δὴ τῷ φυτῷ τὸν πύρινον αὐτοῦ ζῆλον, ὃν καὶ φλογίνην ῥομφαίαν ἡ θεία λέγει Γραφὴ καὶ Χερουβεὶμ (10) κατονομάζει, ἀγγελικὰς δυνάμεις

(10) Χερουβεῖμ. Sic codex.

fit novus Adam; hinc vetus Adam per fidem omne terrenum immutat et Deus agglutinatus Deo cœlesti, cum ipso pergens iter ascendet in cœlum. Hanc in tractando causam plasmationis revelans pergit: « Nec eum libenter sivit liberum, » et seq. Id est, sicut non omnimode liberum permisit hominem et sui juris, — quomodo enim dignum fuisset hominem dominationis Omnipotentis exemptum stare? — nec omnino illum jugo necessitatis irrationabilium more revinxit; sed lege naturali et rectis cogitationibus in corde ipsius inscriptis, in mediis paradisi viridantis ad utraque aptum ponit regionibus, ad utraque quasi proclivem, qui affectuum esset compos, suiipsius arbitrii, ponit et nudum, qui simplex et absque malitia, liber esset ab omni duplicitate et hypocrisi. Mihi enim judici vox a Deo certe insonuit: Paradisus iste cœleste firmamentum vocatur, et sanctorum spirituum vita, cujus in principio hominem Creator cultorem constituit, cogitationes sermonesque divinos operose observantem.

107 *Una ei interdixit perfectiore arbore*, etc.

Unius tantum fructus gustum vetuit Plasmator. Quod fuerit aliquid pulchrum in ligno hoc protoparenti prohibitum dicant alii, non contra invehar, sed considerationis allegoriam melioris quam secundum usum Adam illum intelligere fructum, profecto consentiam magistro: Quæ allegoria, inquit, perfectum in se ipsa judicium de bono et malo habet, accepta in ipsius tempore opportuno. Idcirco accedere ad Deum incipientibus, infantibus scilicet et imperfectis in Christo non expedit, sed ætate intelligenti provectis et iis qui ad altiorem spiritus mensuram in consideratione et operibus Christi pervenerunt. Hæc vero tantum gravans imperfectos quantum solidi cibi eos qui lacte adhuc indigent. Sed postquam invidi suasionibus diaboli et mulieris invitationibus victus, vetitum fructum ante tempus et præter mandatum gustavit, pelliceis tunicis gravem et mortalem carnem quæ successit nitido et fulgido corpori letifer vestivit, ipse sub his ad mortem designatus. Frangitur autem peccatum per mortem ita ut non sit æternum malum, auctore optimo Deo: Homo vero ipse

117 *Ejectus e paradiso venit in terram e qua ortus erat*, etc.

Hic fuit divisionis fructus, illud comparavit homo transgressione sua quod exciderit de paradiso in terram e qua sumptus est reversurus, ad vitam doloribus ærumnisque refertam damnatus, quin, circa pretiosissimum vitæ lignum in medio paradiso intellectum quod esse potest purissima Dei contemplatio et sublimis incomprehensibilis Dei cognitio, circa hoc lignum, igneum ipsius zelum, quem flammeum gladium divina dicit Scriptura et Cherubim vocat, angelicas virtutes dico et cœ-

lestes quæ indignos dividant et arceant, disposuit Deus, ne quis præproperus Adam et spiritui aptam horam præveniens, ne quis profanus aut malus, non abjectis antea saporibus pœna dignis arboris concupiscentiæ carnalis, vitæ lignum appropinquare audeat. « Itaque a vehementibus, » et seq. Unde fit ut hiemalibus vehementibusque furentibus procellis in mari navigans homo et ab æstu exspulus in altum volutusque retro dedecore a via deducatur; deinde lenioribus ventis vela scaphæ permittens aut remigibus utens convenientibus multo labore spatium denavigat suum. Et nos, inquit, eodem modo, a Deo elongamur per inobedientiam sub spirituum malorum impetibus et peccato contundimur et morte; sed rursum Christus Jesus dirigit, cujus bonis angelis auxiliantibus et adjuvantibus ad destinatum persequentes, vix adhuc et adjunctis non ignavis conatibus nostris pro pietate, viam ad Dei paradisum sursum dirigimus. Hæc fuit a primo parente superseminata in genus humanum quæ germinavit culpa; non in principio exsistens, quæ ex ordine in segetem abundantem letiferos dedit fructus, quibus nos plene purificans, o Christe Deus, per tuam benedictionem, justitia tua et pace et gratia reple nos, qui solus benedictus es et glorificatus in sæcula. Amen.

*Commentarius arcanorum Magni Gregorii Theologi carminum; de Testamentis et Manifestatione Christi, sermo octavus.*

Peracto dogmatico de anima sermone septimo excellenter a Deo ductus Gregorius inde ad duo testamenta, vetus et novum, aut ad legem Dei transit. Etenim in Scriptura lex per Moysem primitus data, atque gratia et veritas Evangelii secundo per Jesum Christum facta, una lex sunt spiritus vitæ qui in Jesu Christo me liberavit a lege peccati et mortis. Duo testamenta dicta sunt eo quod duobus temporibus, olim et nunc, et apud duos Israel, veterem et novum prolata sit lex. Aliis quidem potentia ejus in parabolis et figuris adumbrata est, utpote qui tardioris spiritus et imperfecti; novo vero populo clarius et Deo dignius, quasi esset eruditiore oculo et perfectiori, evangelizati sunt in Christo Jesu regni cœlorum splendores. Videamus ne vilis sit sermo, et heroicorum carminum atque elegantiæ Græcæ ardua plurimis ingeniis, pro posse nostro, theologiæ divini sermocinantis quam minimum impares illustremus.

1 *Eia age et utriusque legis rationem expende*, etc.

Age, quasi cum altero colloquens divus, sermonem de duplici lege perquire, inquit ipse animæ suæ : duplex enim est vetus et nova, manifestata

φημὶ δὴ καὶ οὐρανίας, τοὺς ἀναξίους ἀποκλειούσας καὶ ἀποδιαστελλούσας διέταξεν ὁ Θεὸς, ὅπως μηδεὶς προώριος Ἀδὰμ καὶ τὴν πνευματικὴν ἡλικίαν ἄωρος, μηδεὶς βέβηλος καὶ κακὸς, πρὶν ἢ τοῦ τῆς σαρκώδους ἐπιθυμίας φυτοῦ τὴν κολαστήριον γεῦσιν φυγεῖν, τῷ τῆς ζωῆς ἐγγίσει (11) φυτῷ. « Ὡς δ' ὑπ' ἀήταις, » κ. τ. ἑξ. Ὥσπερ ὑπὸ χειμερινοῖς καὶ βιαίοις πνεύμασιν ἄνθρωπος πλέων τὴν θάλασσαν, καὶ τῆς εἰς τὸ πρόσω φορᾶς ἐκκρουσθεὶς, καὶ κλυδωνισθεὶς, εἰς τὰ ὀπίσω παλίνορσος μετ' αἰσχύνης ἀπεστράφη, ἔπειτα πάλιν ἢ πραϋτέροις πνεύμασι τὰ ἱστία τοῦ πλοίου διεὶς, ἢ ἐρέταις χρησάμενος δοκίμοις, σὺν πολλῷ πόνῳ τὸν οἰκεῖον ἐξεπέρανε πλοῦν· τοῦτον, φησὶ, καὶ ἡμεῖς τὸν τρόπον τοῦ Θεοῦ μὲν ἐκπεσόντες διὰ παραβάσεως, πνευμάτων δὲ πονηρῶν ἐπιθέσεσι τῇ τε ἁμαρτίᾳ κατατριβόμενοι καὶ τῷ θανάτῳ, αὖθις δὲ Χριστοῦ Ἰησοῦ κυβερνήτου, τῶν ἀγαθῶν δὲ τούτου ἀγγέλων εὐστοχοῦντες βοηθῶν καὶ συνεργῶν, μόλις οὕτω σὺν οὐκ ἀγεννέσι τοῖς ἡμετέροις ὑπὲρ εὐσεβείας πόνοις τὸν πρὸς ἄνω τοῦ Θεοῦ παράδεισον κατευθυνόμεθα πλοῦν. Τοιαύτη μὲν ἀπὸ τοῦ πρωτοπλάστου τῷ ἀνθρωπίνῳ γένει νεόσπορος ἡ ἁμαρτία φυεῖσα, οὐκ ἀνάρχως οὖσα, διὰ τῶν καθεξῆς. εἰς στάχυν πολύχουν τὸν ὀλεθροτόκον αὐτῆς ἀνέδωκε καρπὸν, οὗ καὶ ἡμᾶς παντάπασιν ἀνακαθηράμενος, Χριστὲ ὁ Θεὸς, τῆς σῆς εὐλογίας, τῆς σῆς δικαιοσύνης καὶ εἰρήνης καὶ χρηστότητος πλήρωσον, ὅτι μόνος εὐλογητὸς εἶ καὶ δεδοξασμένος εἰς τοὺς αἰῶνας. Ἀμήν.

*Ἐξήγησις τῶν ἀποῤῥήτων τοῦ μεγάλου Γρηγορίου τοῦ Θεολόγου ἐπῶν· περὶ Διαθηκῶν καὶ ἐπιφανείας Χριστοῦ, λόγος η'* (12).

Συντελέσας τοὺς δογματικοὺς περὶ ψυχῆς λόγους ζ', ὁ θεωρητικώτατος Γρηγόριος, ἐντεῦθεν περὶ τῶν δύο Διαθηκῶν, Παλαιᾶς τε καὶ Καινῆς, ἤτοι περὶ νόμου Θεοῦ, διαλαμβάνει. Ὅ τε γὰρ ἐν γράμματι νόμος διὰ Μωϋσέως πρῶτον δεδομένος, ἥ τε χάρις καὶ ἡ ἀλήθεια τοῦ Εὐαγγελίου τὸ δεύτερον διὰ Ἰησοῦ Χριστοῦ γεγενημένη, εἷς νόμος ἐστὶ τοῦ Πνεύματος τῆς ζωῆς, ὅς ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ ἐλευθέρωσέ με ἀπὸ τοῦ νόμου τῆς ἁμαρτίας καὶ τοῦ θανάτου· δύο δὲ Διαθῆκαι εἴρηνται τῷ ἐν δυοῖν χρόνοις, πάλαι καὶ νῦν, καὶ δυοῖν Ἰσραὴλ τῷ παλαιῷ νενομοθετῆσθαι καὶ τῷ καινῷ, καὶ τῷ μὲν τὴν αὐτοῦ δύναμιν ὡς ἐν παραβολαῖς καὶ σκιαῖς ὑποτυπῶσαι παχυτέρῳ τὸν νοῦν ὄντι καὶ ἀτελεῖ, τῷ καινῷ δὲ λαῷ ἐμφανέστερον καὶ θεοπρεπέστερον ὡς ὀξυωπεστέρῳ καὶ τελειοτέρῳ τὰς τῆς βασιλείας τῶν οὐρανίων εὐαγγελίσασθαι ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ μαρμαρυγάς. Ἴδωμεν δὲ καὶ τὴν ἰσχνολογίαν τῆς φράσεως, καὶ τῶν ἡρωϊκῶν μέτρων καὶ λέξεων Ἑλληνικῶν τὸ δύσληπτον τοῖς πολλοῖς ὡς οἷοί τε ἐσμεν ὁμαλίσαντες, τῇ θεολογίᾳ τοῦ θεοφάντορος καταλαμπώμεθα.

1 *Δεῦρ' ἄγε καὶ δισσοῖο νόμου λόγον ἐξερέεινε*, κτλ.

Ἄγε δὴ, φησὶν, ὡς πρὸς ἕτερον ὁ θειότατος ἀποτεινόμενος, τὸν περὶ τοῦ διπλοῦ νόμου λόγον ἐξερεύνα, τῇ ἑαυτοῦ διαλέγεται ψυχῇ· διπλοῦς γὰρ οὗτος,

(11) *Ἐγγίσει.* In codice scriptum est ἐγγίσει, puncto litteræ ι superimposito, quod significat dubitationem aut corruptionem. V. Bastii *Comment palæogr.*, p. 853. Itaque etiam scribi potest ἐγγίσῃ.

(12) Arcan. VIII, p. 173 ed. Colon. [ed. nov. carm. 9 lib. I, sect. I, p. 24.]

ὡς παλαιὸς καὶ νέος ἐκφανεὶς, καὶ σκιαγραφήσας μὲν αὐτοῦ τὴν δύναμιν ἐν Μωϋσῇ, τηλαυγέστερον δὲ τὴν αὐτοῦ δόξαν διὰ Ἰησοῦ ἀνακαλύψας Χριστοῦ· καὶ ἐπειδὴ κατ' ἀρχὰς Ἑβραῖοι δι' Ἀβραὰμ καὶ τῶν πατέρων τὸν παμβασιλέα πρῶτοι ἐπέγνωσαν Θεὸν, εἰκότως καὶ πρῶτοι τὸν νόμον ὑπεδέχοντο· καιροῖς δὲ ἰδίοις διὰ τοῦ Μονογενοῦς εἰς τὰ ἄκρα εὐαγγελίζεται τῆς γῆς. Ὅτι δὲ εἷς οὗτός ἐστιν ὁ νόμος, ὥσπερ καὶ ὁ νομοθέτης, ἔν τε τῇ Παλαιᾷ καὶ τῇ Καινῇ, ἄξιον εἰδέναι, ὡς οὐκ ἐναντιουμένοις δόγμασιν ἢ παλιμβούλοις, καὶ ἄλλοτ' ἄλλαις διδασκαλίαις ὁ Θεὸς τῶν γνώσεων τὸν ἄνθρωπον ἄγει πρὸς ἐπίγνωσιν, ὥσπερ τις ἀσύνθετος καὶ παλίμβουλος ἀνὴρ ἑαυτῷ μαχόμενος, ἢ ἐπὶ τοῖς προτέροις ἄλλα προσεπινοῶν· ἄπαγε τὴν χαμαίζηλον ὑπόληψιν ἀπὸ τοῦ τὰ πάντα πρὸ τῆς αὐτῶν γενέσεως ὡρισμένως καὶ ἀπαραποιήτως ἐξεπισταμένου. Τοῦτο γὰρ καὶ ἀνθρώποις ποιεῖν ἢ πάσχειν ἐπονείδιστον.

8 *Ἀλλ' ὅδ' ἐμὸς λόγος*, κ. τ. ἑξ.

Τοῦτ' ἔστιν· Οὗτος ὁ ἐμὸς λόγος καὶ αὕτη ἐστὶν ἡ παρ' ἐμοῦ περὶ τῆς εἰς τὸν ἄνθρωπον τοῦ φιλανθρώπου κηδεμονίας καὶ βοηθείας διδασκαλία καὶ διάκρισις καὶ ὁ τοῦ λόγου σκοπὸς, ὅτι ἐξ ἀρχῆς ὁ τοῦ γράμματος εἰσήχθη νόμος, τὰς εἰδωλολατρείας καταργῶν, καὶ ὅτιπερ ἐν τούτῳ μηδ' αὐτοῦ τοῦ παλαιοῦ Ἰσραὴλ πρὸς τὸν νομοθέτην αὐτὸν ἀνανεῦσαι δυναμένου, αὐτὸς ἐκεῖνος ἀνδρούμενος, καὶ τὸν τοῦ πνεύματος νόμον οἷα ῥόδον ἐν κάλυκι τῷ γράμματι κεκρυμμένον ἐξεκάλυψεν, καὶ τὸν πνευματικὸν Ἰσραὴλ τοῦ σαρκικοῦ τῇ θεανδρικῇ ἐνδημίᾳ διημείψατο· οὗτος οὖν, φησὶν, ὁ ἐμὸς ἀπ' ἀρχῆς ἄχρι τέλους περὶ τῆς οἰκονομίας τοῦ θείου Λόγου λόγος, ὃν ἐπὶ τὸ ἀκριβέστατον τοῖς ἔπεσι τούτοις πειράσομαι διασαφῆσαι.

9 *Λυσσήεις ὅτε πρῶτον Ἀδὰμ βάλεν ἐκ παραδείσου*, κ. τ. ἑξ.

Ὅτε ἀπ' ἀρχῆς λυσσώδης καὶ ἀνθρωποκτόνος ὄφις διὰ τῆς ἀπειρημένης τοῦ ὀλεθροφόρου γεύσεως καρποῦ τὸν πρῶτον ἄνθρωπον ἀπατήσας ἐξώθησε τοῦ παραδείσου, καθάπερ, φησὶν, ἐπὶ πολεμίων παρατάξεως, τοῦ στρατηγεῖν τεταγμένου πεπτωκότος, τὸν ἀνηγεμόνευτον τύπτων στρατὸν ὁ δυσμενὴς καὶ κοντοῖς καὶ βέλεσι καὶ πᾶσιν ὅπλοις, κατευμεγεθεῖν ἀγωνίζεται τῶν ἡττωμένων, τὸν ὅμοιον τρόπον καὶ αὐτὸς ὁ Σατανᾶς, τὸν πρῶτον Ἀδὰμ τροπωσάμενος καὶ ὑπαγαγόμενος τῇ ἁμαρτίᾳ καὶ πᾶσι τοῖς ἐξ αὐτοῦ κατὰ πάσας βεβλαστηκόσι γενεὰς, μηχανῇ πάσῃ συνεργαζόμενος τὴν ἁμαρτίαν, τῷ ἴσῳ προστίμῳ καταδικάζει τοῦ θανάτου· αὐτοῦ γὰρ τοῦ Ὑψίστου ταῖς ἐπικλόποις αὐτοῦ καὶ κακομηχάνοις ἀπαῤῥήξας βουλαῖς, πρῶτον μὲν τοὺς αὐτοῦ διέστρεψεν ὀφθαλμοὺς, πρὸς τὰ κάλλη τοῦ οὐρανοῦ καὶ τὰς φανοτάτας (13) τῶν ἄστρων ἀγλαΐας ἀτενίζοντα, τούτοις τὸ ὀφειλόμενον τῷ Κτίστῃ προσαναφέρειν σέβας· ἔπειτα πρὸς τὰς τῶν ἀποθανόντων μορφὰς ἀποβλέπειν καὶ τὰ εἴδωλα, ἃ συγγενῶν πόθος χρυσῷ ἢ ἀργύρῳ ἢ τισιν ὕλαις ἄλλαις εὐκόσμως διεμόρφωσεν· μῦθος δὲ καὶ λόγος, ψευδὴς μὲν, ἀνεξέλεγκτος δὲ καὶ ἀεὶ τοῖς ἐπερχομένοις ἔτεσιν ταῖς ψευδοεπείαις ἐπαυξόμενος, καὶ

et adumbrans potentiam suam ministrante Moyse, illustrius vero gloriam suam revelans per Jesum Christum. Et postquam in principio Hebræi per Abraham et Patres omnium regem primi didicerunt Deum, similiter et primi legem acceperunt; tempore vero opportuno per unigenitum evangelizatur usque ad novissimum terræ. Quod sit una hæc lex sicut unus et legislator in Veteri et in Novo Testamento, scire dignum est, unde non per dogmata inter se repugnantia aut variantia, nec per alia et alia instituta ducit Deus hominem ad agnitionem veritatum, viri instar cujus intellectus mobilis nec cuncta complectens, quique pugnat secum aut prioribus alia supercogitat. Procul reptans mens in terra, ab illo qui scienter et ante exsistentiam omnia præfixe et ullo absque errore perspicit. Talia facere et pati hominis est, ipsique ignominia.

8 *Sed meus hic sermo*, et seq.

Sensus est: Meus hic sermo, et a me hocce documentum et judicium de zelo et auxilio hominum amatoris et sermonis finis enuntiare quod ab initio lata sit Scripturæ lex ad delendam idololatriam et quod sub lege nullo apud veterem Israel ad legislatorem suum erigere se valente ipse homo factus et legem spiritus patefecit in Scriptura obnubilatum sicut rosam in calice clausam, et habitatione sua in nobis homo Deus, Israel carnalem mutavit in spiritualem. Ergo is, inquit, ab initio ad finem sermo meus de Incarnatione divini Verbi, ipsumque quam accuratissime carminibus istis delineare aggrediar.

9 *Postquam rabidus hostis primum hominem ejecit e paradiso*, etc.

Cum ab initio habens iram magnam et homicida serpens per vetitam letiferi gustationem fructus primum decepisset hominem exturbassetque a paradiso, quemadmodum mortuo in pugna duce qui imperabat, prœlians hostis in exercitum duce orbum, contis, jaculis et quibuslibet armis in victos præstare certat, simili impetu et ipse Satanas fugatum primum Adam cum induxisset in peccatum et in omnia quæ ab eo oriuntur, omni opera ipsi adjutorem se præbet delictorum, et consocii in peccato fit accusator ad mortem. Nam astutis et nefariis consiliis ab Altissimo divisi illius oculos primo convertit ad cœli pulchritudinem, atque in fulgentissimas astrorum claritates intentum astris deferre debitam Creatori reverentiam fecit. Mox ad contemplandos morientium impulit vultus et imagines quæ auro aut argento aut aliis materiis eleganter effinxit parentium desiderium. Deinde commentum et sermo, mendax quidem, sed non improbatus et semper annis supervenientibus commentis auctus et in amicorum sermonibus non malis illustratus quasi fide dignus, insanam addidit adorationem. Sic ab initio idololatria in vitam

(13) Edit. φανωτάτας.

hominum pessime invecta est. Nec solum alienis in gentibus dictis modis corruptio manavit, imo et Hebræorum populus, sanctus propter Abraham reputatus, periens aut sensu carens non stetit obtemperans divinis prophetis lamentantibus et iratum in ipsos placantibus Deum : de quibus non semel antea ob idololatriam populi fuerunt qui sicut Moyses et Elias morti dederunt peccatores.

ἐν τοῖς τῶν φίλων οὐ κακοῖς πιστὸς ἀποδεικνύμενος, ἀλόγιστον περιῆψεν (14) τὴν προσκύνησιν· οὕτως εἰδωλολατρεία τῷ τῶν ἀνθρώπων ἀπ' ἀρχῆς παρεισεφθάρη βίῳ. Καὶ οὐ μόνον οἱ ἐκ τῶν ἄλλων ἐθνῶν τοῖς εἰρημένοις τρόποις κατεφθείροντο, ἤδη δὲ καὶ Ἑβραίων ἱερὸν ἔθνος διὰ τὸν Ἀβραὰμ νομισθὲν ὀλοὸν ἢ ἀπολωλεκὸς βουλήν ἐστιν (15) οὐχ ὑπεῖχον θείοις προφήταις ὀδυρομένοις καὶ ἐξιλασκομένοις τὴν ὀργὴν τοῦ Θεοῦ ὑπὲρ αὐτῶν, οἳ πολλάκις πρότερον διὰ τῆς εἰδωλολατρείας αὐτῶν, ὡς Μωϋσῆς καὶ Ἠλίας, κατεκτέννυσαν (16) αὐτούς.

22 *Ne principes quidem Deum timebant*, etc.

Non vulgus tantum in Israel, non popellus et inconditus quisque dictis impietatibus commaculatus est, sed neque ipsi reges, inquit, et principes erga Deum patrum suorum pie se gerebant : illorum nempe plurimi quam pessimi nec lucis nec viridariorum umbrosis nec montium cacuminibus nec regionum amœnis renuntiaverunt. Ipsi convenientes, altaria dæmonibus a se adoratis erigebant, filiosque et filias suas immolabant. His contaminati magni Dei indignationem in seipsos incendebant et iram. Idcirco diversis servitutis et abductionis infortuniis traditi et pluries captivi ducti et ejecti iterum atque iterum exterminationi absolutæ ab ipsorum urbibus ejectioni dediti sunt multorum calamitate dierum. Ergo vetus Israel et quotquot secundum carnem prætermittent dictum reducem ad Deum tramitem, scilicet Christi mortem, incredulitate sua fracti sunt et a via deturbati.

22 *Οὐδὲ μὲν οἱ βασιλῆες ἐτάρβεον*, κτλ.

Οὐ τὸ χυδαῖον τοῦ Ἰσραὴλ πλῆθος μόνον καὶ δημώδες καὶ ἀσύνθετον ταῖς εἰρημέναις ἐδεβηλοῦτο ἀθεσίαις, ἀλλ' οὐδ' αὐτοί, φησίν, οἱ βασιλεῖς καὶ ἄρχοντες τὸν Θεὸν τῶν πατέρων ηὐλαβοῦντο· καὶ τούτων δὲ οἱ πλείους ὅτι μάλιστα κακοὶ οὔτε τὰ ἄλση καὶ τοὺς συνηρεφεῖς τόπους ἐν παραδεισίοις, οὔτε τὰς τῶν ὀρέων κορυφὰς καὶ τῶν χωρίων τερπνότητας κατελιμπάνοσαν (17)· οἳ δὴ συνιόντες, καὶ θυσιαστήρια τοῖς ὑπ' αὐτῶν σεβομένοις δαίμοσιν ἱδρύοντες, υἱούς τε αὐτῶν ἐπεθύοντο καὶ θυγατέρας, ἐν οἷς αὐτοὶ μιαινόμενοι τὴν τοῦ μεγάλου Θεοῦ ἀγανάκτησιν ἐφ' ἑαυτοὺς ἐξεκαλοῦντο καὶ τὴν ὀργήν· καὶ διὰ ταῦτα διαφόροις αἰχμαλωσίας καὶ ἀπαγωγῆς τρόποις ἐκδιδόμενοι, καὶ ποικίλως προνομευόμενοι, καὶ ἀφιέμενοι ὕστερον πανωλεθρίᾳ καὶ τῇ συντετελεσμένῃ τῆς πόλεως αὐτῶν ἐρημώσει, πολυημέρῳ παρεδόθησαν συμφορᾷ. Ὁ μὲν οὖν παλαιὸς Ἰσραὴλ καὶ κατὰ σάρκα, τὸν εἰρημένον τρόπον ἀθετοῦντες, τῇ ἀπιστίᾳ (18) Χριστοῦ τὸ τελευταῖον ἐξεκλάσθησάν τε καὶ ἐξετινάχθησαν.

26 *Ipsorum loco intravi ego*, et seq.

His carminibus, theologia in Apostolicas mentes nos inducit: namque sicut primo gentium incredulitate misericordiam Israel consecutus est fidens in Deum, sic rursus incredulo Israel gentes credentes salvabuntur in Christo; cum autem intraverit plenitudo gentium, tum rursus omnis Israel zelum habens credet et salvus fiet; sic enim alter pro altero bonum zelum habentes ambo populi ac credentes in sapientia Dei in eadem misericordia ad finem concludentur. Dicit ergo magister a facie gentium, quomodo fracto Israel, tanquam ramo propter incredulitatem, viam fidei ego ingressus sim, quæ via est zelum gressus et actus rectos dirigens, fide salutari iter pandens ad Christum in quem tandem credentes revertentur, eumque juxta primordiales prophetias requirent, postquam fructibus repleti fuerint incredulitatis et ferventis præ zelo et invidia insectationis Gentium, quibus mutatio contigit ejectis illis propter incredulitatem quorum loco per fidem hi intraverunt.

26 *Ὁ δ' ἀντεισῆλθον ἔγωγε*.

27 *Ἀτραπιτὸν ζήλοιο ποδηγεσίη*, κ. τ. ἑξ.

Διὰ τῶν ἐπῶν δὲ τούτων ἡ θεολογία εἰς τὴν ἀποστολικὴν ἡμᾶς ἔννοιαν προάγει· καὶ γὰρ ὥσπερ τῇ τῶν ἐθνῶν ἀπειθείᾳ πρότερον ὁ Ἰσραὴλ ἠλεεῖτο πιστεύων τῷ Θεῷ, οὕτω πάλιν τῇ τοῦ Ἰσραὴλ ἀπιστίᾳ τὰ ἔθνη πιστεύσαντα σώζεται ἐν τῷ Χριστῷ· ὅταν δὲ τὸ πλήρωμα (19) τῶν ἐθνῶν εἰσέλθῃ, τότε πάλιν πᾶς Ἰσραὴλ ζηλώσας πιστεύσει καὶ σωθήσεται· οὕτω γὰρ ἀλλήλους οἱ δύο λαοὶ καλῶς ζηλοῦντες καὶ πιστεύοντες ἐν τῇ τοῦ Θεοῦ σοφίᾳ, εἰς τὸν αὐτοῦ ἔλεον ἐπὶ τέλει συγκλεισθήσονται. Φησὶν οὖν ὁ διδάσκαλος ἐκ προσώπου τῶν ἐθνῶν, ὡς τοῦ Ἰσραὴλ ἐκκλασθέντος δι' ἀπείθειαν ἔγωγε τὴν ὁδὸν τῆς πίστεως ἀντεισελήλυθα, ἥτις αὐτοῖς ἐστι ζήλου ποδηγία, καὶ χειραγωγία, πρὸς τὴν σωτήριον πίστιν ὁδοποιοῦσα τοῦ Χριστοῦ· ᾧ καὶ πιστεύσαντες ὀψέ ποτε πρὸς αὐτὸν ἐπιστραφήσονται, καὶ κατὰ τὰ θεαρχικὰ (20) λόγια ἐπιζητήσουσιν, ἡνίκ' ἂν τῶν τῆς ἀπιθείας καρπῶν καὶ τῶν ἀπὸ τοῦ ζήλου καὶ φθόνου τοῦ πρὸς τὰ ἔθνη πυρώσεων καὶ κακώσεων ἀναπλησθῶσιν, ὧν καὶ διημείφθησαν, αὐτοὶ μὲν ἐκβληθέντες δι' ἀπιστίαν, οἱ δὲ διὰ πίστιν εἰσεληλυθότες ἀντ' αὐτῶν.

(14) Cod. περιήψεν.

(15) *Ἤδη δὲ... βουλήν ἐστιν*. Haec verba sibi parum arridere affirmat Billius. — Cod. ἱερῶν.

(16) Cod. κατεκτέννοσαν.

(17) Edit. κατελιμπάνωσαν.

(18) *Τῇ ἀπιστίᾳ*, κ. τ. λ. V. Epist. ad Rom. XI, 20.

(19) *Ὅταν δὲ τὸ πλήρωμα*. κ. τ. λ. V. ib. XI, 25, s.

(20) *Θεαρχικά*. Cod. θεάρχια. V. *Thesaur.* Steph. ed. Paris. s. v. θεαρχικός, ubi alius locus Nicetæ Paphlagonis corrigitur.

31 *Ἀλλὰ τὰ μὲν μετόπισθ'· οἱ δ' ὡς νόμον εἶχον [ἄτιμον*, κτλ.

Τὰ μὲν εἰρημένα, φησὶν ὁ τῆς θεοσοφίας λύχνος, ἥ τε τῶν ἐθνῶν ἁπάντων εἴσοδος εἰς Χριστὸν, ἥ τε τοῦ καταλείμματος Ἰσραὴλ διὰ ζήλου καὶ ἐπιστροφῆς πρὸς Θεὸν σωτηρία, ταῦτα μὲν ἐν ὑστέροις ἀποκαλυφθήσεται καιροῖς· κατὰ μέντοι τὸν πρῶτον τῆς ἐπιφανείας τοῦ Σωτῆρος ἐνανθρωπήσαντος καιρὸν τῶν ἐθνῶν μὲν ταῖς ἀθέσμοις εἰδωλολατρείαις σφόδρα σφοδρῶς ἐβδελυγμένων, τῶν ἐξ Ἰσραὴλ δὲ ταῖς τοῦ νόμου ποικίλαις παραβάσεσιν ἀτιμούντων τὸν Θεὸν, τότε δὴ τότε, ἵνα ἡ ὑπερβολὴ τῆς ἀπείρου χρηστότητος ἀναφανῇ, τοιαύτης ἡ ἀνθρωπίνη φύσις διειλήχει τιμῆς· Εὐδοκίᾳ μὲν τοῦ ἀθανάτου Πατρὸς, τοῦ ἁγίου δὲ συνεργίᾳ Πνεύματος ὁ μονογενὴς τοῦ Θεοῦ Λόγος, ὅσον τῆς θεϊκῆς μοίρας κτίζων τὸν ἄνθρωπον ἐξ ἀρχῆς τῷ αὐτοῦ σώματι κατέθετο, τοῦτο ταῖς ψυχοφθόροις ἁμαρτίαις λελυμασμένον ὁρῶν, κατατυραννοῦντα δὲ τῶν πάντων βροτῶν τὸν δράκοντα τὸν ἀποστάτην ἰδὼν, καὶ ἠλεηκὼς, οὐκέτι ἄλλοις τὴν ἀρρωστίαν ταύτην ἐφίησι βοηθεῖν· οὐ γὰρ αὔταρκες εἰς μεγάλων παθῶν θεραπείαν ἴαμα μικρόν· ὡς ἂν δὲ κληρονομίαν ἰδίαν ἑαυτῷ ἐξ ἀνθρώπων ὁ ἐκ Πατρὸς Υἱὸς ἀμήτωρ ἀναστήσηται, καὶ τὴν εἰκόνα ἑαυτοῦ τῆς τυραννικῆς ἀπολυτρώσηται κατοχῆς, ἐκένωσεν ἑαυτὸν Υἱὸς ἀνθρώπου δίχα πατρὸς γεννώμενος ἡμῖν καινοπρεπῶς μὲν καὶ ξένως, ὅτι ἄτερ ἀνδρὸς, οὐ ξένως δὲ παντάπασιν, ὅτι ἐξ ἐμοῦ, οὗτος διὰ παρθενικῆς καὶ ἁγίας βροτούμενος μητρὸς, ὅλος ὅλον τὸν δι' ἁμαρτίας πεσόντα προσείληφεν Ἀδὰμ, ἵν' ὅλῳ περιποιήσηται τὴν σωτηρίαν. Τοῦ δὴ χάριν ἀνθρωπίνοις καὶ οὐκ ἀνθρωπίνοις νόμοις ἐξ ἁγνῶν καὶ παρθενικῶν σπλάγχνων (ὢ θαῦμα ἄπιστον βεβήλοις βροτοῖς!) ὁ ἄμβροτος βροτωθεὶς προῆλθε Θεὸς ὁμοῦ καὶ ἄνθρωπος, δύο φύσεις εἰς ἓν πρόσωπον συνάγων, τὴν μὲν κρυπτομένην καὶ ἀθέατον, τὴν δ' ἀναφανδὸν ἀνθρώποις ὁρωμένην· ὧν ἡ μὲν Θεὸς ἦν τῷ ἀνάρχως γεννῶντι ὁμοούσιος, ἡ δὲ ἄνθρωπος ἔκτισται τῇ ἐν χρόνῳ τεκούσῃ καὶ ἡμῖν ὁμοφυής.

31 *Verum hæc postea. Cum igitur Hebræi vilem [habuissent legem*, etc.

Quæ enarrata sunt, ait sapientiæ Dei lucerna, sive populorum omnium transitus ad Christum, sive reliquiarum Israel salvatio per zelum et conversionem ad Deum, ultimis temporibus revelabuntur. Attamen primis manifestationis incarnati Salvatoris temporibus, cum hinc gentes odio valde esse t præ illicita idololatria, inde vero Israel variis legis transgressionibus Deum inhonoraret, tunc ut thesaurus immensæ bonitatis illustraretur, tantum humana natura sortita est honorem : juxta æterni Patris beneplacitum, cooperante Spiritu sancto, Verbum, unigenitus Dei Filius, quam divinæ intelligentiæ scintillam ab initio creans hominem in ipsius corpore constituerat, eam letalibus erroribus evacuatam cernens, videns et tyrannice opprimentem omnes quotquot vivunt draconem apostatam, misericordia motus alios non sinit in tanta auxiliari infirmitate destitutis : non sufficit enim ad magnorum malorum curam leve remedium ; nimirum, ut ex hominibus suscitaret sibi gentes hæred t..tem suam. Filius Patris sine matre, ut imaginem suam redimeret a tyrannica possessione, exinanivit semetipsum Filius hominis sine patre natus nobis, novum super terram, alienigena quia sine viro, et non alienigena, quia natura mihi similis, ipse per Virginem sanctam matrem factus mortalis, totus totum Adam per peccatum lapsum assumpsit, ita ut omni homini salutem acquireret. Quamobrem juxta leges humani generis, et humano generi alienas, e sinu casto et virginali, o mirum supra fidem pro profanis mortalibus! æternus mortalis factus egressus est Deus simul et homo, duas naturas in unam personam adducens, quarum altera velata et invisibilis, altera palam cerneretur ab hominibus, illa Deus esset genitori ante omne principium consubstantialis, hæc homo per creationem esset, eam naturam cum matre quæ divinam prolem genuit in tempore nobiscumque sortiens.

51 (21) *Εἷς Θεὸς ἀμφοτέρωθεν, ἐπεὶ θεότητι κεραʼ [σθεὶς*

52 *Καὶ βροτὸς ἐκ θεότητος ἄναξ καὶ Χριστὸς [ὑπέστη*, κτλ.

Εἷς Θεὸς ὁμολογουμένως ἐκ δυοῖν φύσεων ὑπέστη ὁ Χριστός· ἡ γὰρ ἐν αὐτῷ βροτεία φύσις, τῇ θεότητι καθ' ὑπόστασιν συνενουμένη, καὶ ἡ θεότης παραδόξως τῇ ἀνθρωπότητι συγκιρναμένη, ὁ αὐτὸς βασιλεὺς καὶ Θεὸς καὶ ἄλλος νέος Ἀδὰμ τὸν παλαιὸν ἐξιώμενος πιστεύεται, ὡς ὑπὸ παραπετάσματι δὲ τῷ ἀνθρωπίνῳ προβλήματι κεκάλυπτο, πρῶτον μὲν ὅτι μὴ καθαρὰν αὐτοῦ τὴν θεότητα φέρειν οἷόν τε, μηδὲ χωρητὸν εἶναι τοῦτον τοῖς ἐμπαθέσι γυμνῇ προσεγγίσαι τῇ θεότητι· ἔπειτα ὡς ἂν τὸν ἀρχέκακον ὄφιν φρονιμώτατον εἶναι τῶν ἁπάντων θηρίων νοητῶν κατοιόμενον, τῷ φαινομένῳ δελεάσας, τῇ οἰκείᾳ θεότητι ὡς ἐν ἀγκίστρῳ περιπείρῃ, καὶ ὡς Ἀδὰμ μὲν αὐτῷ προσπηδήσαντα, ὡς Θεῷ δὲ ἀντιβολήσαντα, τοῦτον κατανικήσας καὶ ῥάξας ἐκτίλῃ τῆς ἀρχῆς. « Τῷ πέρι κάρτος, » κ. τ. ἑ.

51 *Unus Deus utrinque, siquidem deitati mistus.*

52 *Et homo per deitatem rex et Christus exstitit*, etc.

Unus Deus, duabus constans naturis ab hominibus prædicatur Christus. Namque in ipso natura mortalis divinitati secundum hypostasim unita et divinitas mirabiliter humanitati conjuncta, ecce rex, Deus, novus Adam alter, alterum veterem sanans creditur. Sic sub velamine hominis forma mysterio plena latebat, primo quidem, quia puram ejus divinitatem ferre nefas, neque cum affectionibus nostris simpliciter manifestata divinitas appropinquari potest. Deinde ut summum in malitia serpentem, qui putabatur callidissimus omnium animantium intelligentia præditorum, specie delusum proprio numine quasi hamo transfigeret, et eumdem irruentem in Christum tanquam in Adamum, tanquam Deo autem cum obsecrationibus obviantem

(21) Iidem versus repetuntur carm. 2 [1], vers. 153, 154.

violatam et fractam evelleret ex imperio. «Forti armato» et seq. Ante eumdem enim hominem Deum Christum victus draco pessimus prævalidam suam malitiam atque tyrannidem vidit fractam et comminutam, sicut maris fluctus contra asperam rupem immobiliter stantem inconcussam ruentes vorticosi franguntur et eliduntur.

60 *Cum prodiit Christus, terra et cœlum ad ortum ejus*

61 *Movebantur*, etc.

Altissimi Dei unigenitum Verbum dicto modo factum est homo, et novus Adam ex casta et virum nesciente Virgine natus, Deus et homo, de se ipso fluens et exsistens manifestatus est nobis; Deus perfectus et perfectus homo prima hæc testimonia Deo digna dabat: nimirum ubi primum per nativitatem apparuit, statim cœli et terra contremuerunt: cœli militiæ cœlestis multitudinem in gloriam et laudem nato miserunt; terra vero commota est surgente stella et Magos Persarum reges dona ferentes in Judæam ducente et in Bethleem, Parvulo qui natus est rex honorem et adorationem habituros. Hic ergo novæ et secundæ Christi mei generationis sermo, adeo purus, illustris Deoque dignus. Nihil in hoc invenitur verecundum aut indecorum aut quod sanctitati ejus non deceat. Peccato solo adhæreat dedecus et turpitudo; sed cum Verbum Dei mortale factum est, non humani corporis influxus fuit, bene vero sanctificata per Spiritum carne matris sanctæ et virginis corpus anima rationali et intelligenti præditum sibi cirumdedit et inde processit: porro ipsi quid probri aut dedecoris esset secundum carnem nasci lege naturæ cujus ipse creator erat, et piaculares pro me tolerare pœnas juxta legem cujus erat ipse legislator? Etenim quemadmodum omnia naturæ honori habens, naturam nostram absque peccato assumpserat, ita et statuta in lege omnia accepit, sive quasi pædagogus ipse sanctificatorum a seipso solvens debita, sive expiatoriam legem adimplens, et ideo cum lex ob infirmitatem cedebat perfectioni gratiæ quam attulit Evangelium suprema pia solvens, ut loquitur divinus scriptor.

72 *Postquam magni luminis præfulgente lu-[cerna*, etc.

Ante fulgens solis lumen, ante Verbi vocem, amicus sponsi præcurrens secundum nativitatem præcucurrit et evangelica prædicatione et regni cœlorum annuntiatione, vox clamantis in deserto prope esse Deum et Christum meum, ad aures populorum concurrentium, et istos baptizans in Jordane ad parandum adventum ejus purificavit, et Ipse statim voce præcursoris nuntiatus et testimonium accipiens obviam venit Baptistæ et ab eo baptizatus est, majus quam Joannes a Spiritu Patris testimonium habuit. Ipse medius viam cucurrit duos inter populos, illum qui prope ex Israel, et istum qui a longe erat ex gentibus: communis enim et angularis lapis electus et pretiosus Jesus Christus

Περὶ αὐτὸν γὰρ τὸν θεάνθρωπον Χριστὸν τὸ τῆς ἰδίας κακίας κράτος καὶ τὴν τυραννίδα ὁ πανώλης ἔμελλε δράκων ἑαλωκὼς κατάξειν τε καὶ καταῤῥάξειν, ὥσπερ δὴ καὶ θάλασσα περὶ τραχεῖαν πέτραν καὶ ἰσχυρὰν καὶ ἀνένδοτον τὸ αὐτῆς κῦμα προσρήσσουσα περιάγνυται καὶ καταθραύεται.

60 *Ὡς ἐφάνη, γαῖα δὲ καὶ οὐρανὸς ἀμφὶ γενέθλῃ*

61 *Σείετο*, κτλ.

Ὁ μὲν τοῦ ὑψίστου Θεοῦ μονογενὴς Λόγος τὸν εἰρημένον ἀνδρωθεὶς τρόπον, καὶ νέος Ἀδὰμ ἐξ ἁγνῆς καὶ ἀνυμφεύτου κόρης γεγονὼς, Θεὸς καὶ ἄνθρωπος, αὐτοπαγὴς ἢ αὐθυπόστατος ἐπέφανεν ἡμῖν· ὅτι δ' ὁ αὐτὸς καὶ Θεὸς τέλειος καὶ τέλειος ἄνθρωπος ἦν, πρῶτα τεκμήρια ταῦτα ἀξιοθεώτατα παρέσχετο. Καὶ γὰρ ἅμα πρῶτον διὰ γεννήσεως ἐπέφανε, καὶ ὁ οὐρανὸς εὐθὺς ἀνεσείσθη καὶ ἡ γῆ· οὐρανὸς μὲν πλῆθος στρατιᾶς οὐρανίας εἰς δοξολογίαν καὶ αἴνεσιν προὔπεμπε τῷ γεννωμένῳ, ἡ γῆ δὲ σεσάλευτο, ἀστέρος ἐξ ἀνατολῆς ἀνασχόντος, καὶ μάγοις τῶν Περσῶν βασιλεῦσι δωροφόροις εἰς τὴν Ἰουδαίαν γῆν καθηγησαμένου καὶ τὴν Βηθλεὲμ εἰς τὴν τοῦ νεογενοῦς βασιλέως προσκύνησιν καὶ τιμήν. Ὁ μὲν οὖν τῆς νέας καὶ δευτέρας τοῦ ἐμοῦ Χριστοῦ γεννήσεως λόγος οὗτος καὶ οὕτω καθαρὸς καὶ οὕτω λαμπρὸς καὶ θεοπρεπής· ἄσχημον δὲ ἢ ἀπρεπὲς καὶ τῆς ἁγιοπρεπείας αὐτοῦ ἀνάξιον οὐδέν· μόνη γὰρ ἀσχημοσύνη καὶ αἰσχρότης ἡ ἁμαρτία ὑπάρχει δηλαδή· τῷ Λόγῳ δὲ τοῦ Θεοῦ οὐκ ἀνθρωπίνῃ σώματος ῥύσει βροτουμένῳ· αὐτὸς γὰρ ἐκεῖνος ἐκ σαρκὸς ἡγνισμένης τῷ Πνεύματι καὶ μητέρος ἁγίας καὶ παρθενικῆς ἑαυτῷ σῶμα ψυχῇ λογικῇ καὶ νοερᾷ χρώμενον περιπηξάμενος προῆλθεν· τούτῳ γ' οὖν ποῖος μῶμος ἢ αἶσχος κατὰ σάρκα γεννωμένῳ νόμῳ τῆς φύσεως, ἧς αὐτὸς δημιουργὸς ἦν, καὶ καθαρσίων ὑπὲρ ἐμοῦ ἀνεχομένῳ κατὰ νόμον, οὗ νομοθέτης αὐτὸς ἦν; Καὶ γὰρ ὥσπερ τὰ τῆς φύσεως πάντα τιμῶν, τὴν ἡμῶν φύσιν χωρὶς ἁμαρτίας καταδέδεκτο· οὕτω καὶ τὰ προστεταγμένα τῷ νόμῳ πάντα κατεδέξατο, ἢ ὡς παιδαγωγῷ ὄντι τῶν ἡγιασμένων ὑπ' αὐτῷ τὰ θρεπτήρια ἀποτιννύμενος, ἢ ὡς ὑποχωροῦντι διὰ τὴν ἀτέλειαν τῇ τῆς χάριτος τοῦ Εὐαγγελίου τελειότητι τὰ προπεμπτήρια, ὥς φησιν ὁ θεόπνευστος, ἀφοσιούμενος.

72 Αὐτὰρ ἐπεὶ *μεγάλοιο φάους ἐριλαμπέι λύ-[χνῳ*, κτλ.

Ἐπεὶ δὲ, φησὶν ὁ θεολογικώτατος, τῷ φαεινοτάτῳ λύχνῳ τοῦ ἡλίου, τῇ φωνῇ τοῦ Λόγου, τῷ φίλῳ τοῦ νυμφίου, προτρέχοντι κατὰ τὴν γέννησιν, προτρέχοντι κατὰ τὴν εὐαγγελικὴν διδαχὴν καὶ τῆς τῶν οὐρανῶν βασιλείας ἀνακήρυξιν, καὶ ἐν ἐρήμῳ μέσῃ τὸν ἐμὸν Θεὸν καὶ Χριστὸν ἐγγίζειν βοῶντι πρὸς τοὺς ἐπ' αὐτὸν συντρέχοντας λαοὺς, οὓς καὶ βαπτίζων ἐν τῷ Ἰορδάνῃ πρὸς τὴν ὑποδοχὴν ἐκείνου προεκάθαιρε, καὶ αὐτὸς εὐθέως λοιπὸν ὁ κηρυττόμενος καὶ μαρτυρούμενος τῷ βαπτίζοντι παραστὰς, καὶ βαπτισθεὶς ὑπ' αὐτοῦ, μείζω δὲ τῆς Ἰωάννου τὴν πατρόθεν ὑπὸ τοῦ Πνεύματος καταδεδεγμένος μαρτυρίαν, αὐτὸς μὲν τῶν δύο μέσος πεπόρευται λαῶν, τοῦ τε πλησίον ἐξ Ἰσραὴλ καὶ τοῦ πόῤῥωθεν ἥκοντος ἐκ τῶν ἐθνῶν. Κοινὸς γὰρ

καὶ ἀκρογωνιαῖος λίθος ἐκλεκτὸς καὶ ἔντιμος Ἰησοῦς ὁ Χριστὸς ἐν τῇ Σιὼν ἐτέθη, ἐφ' ἑαυτὸν ἑκατέρους εἰς ἓν συνδέων τοὺς λαούς· ὥσπερ δὲ πνεῦμα ἦν ὁ αὐτὸς καὶ σάρξ, οὕτω καὶ κάθαρσιν τοῖς ἀνθρώποις παρέχεται διττήν, τήν τε τοῦ ζῶντος Πνεύματος, ᾧ καὶ τὸ ὕδωρ τοῦ βαπτίσματος κάτωθεν παρέπεται, τήν τε τοῦ αἵματος Χριστοῦ τοῦ χυθέντος ὑπὲρ ἡμῶν ἐν τῷ σταυρῷ· τοῦτό ἐστι τὸ αἷμα ἡ τῆς διαθήκης τῆς καινῆς σφραγίς, ὃ δὴ ῥύσιόν τε καὶ λυτήριον τῶν τοῦ προπάτορός ἐστιν ἀρχεγόνων παθῶν, τοῦτο καὶ λύτρον ὑπὲρ ὅλου καθάρσεως κέχυται τοῦ κόσμου.

in Sion positus est, in seipso utrumque adunans populum; et sicut erat ipse Spiritus et caro, sic hominibus duplicem purificationem præbet, alteram spiritus vitæ quem sequitur a terra baptismatis aqua, alteram sanguinis Christi super nos in cruce effusi: hic sanguis, novi testamenti fœdus, piaculum et redemptio originalium macularum primi patris hoc pretium funditur purificationis totius mundi.

82 *Εἰ μὲν δὴ μὴ τρεπτὸς ἔην βροτός, ἀλλ' ἀδά-*
[*μαστος*, κτλ.

Εἰ ἀληθῶς ἄρα οὐ τρεπτὸς ἀλλὰ ἄτρεπτος καὶ ἀμετακλινὴς ἐπὶ τὸ χεῖρον ἔγωγε πέπλασμαι ἐκ προσώπου τῆς ἀνθρωπότητος, ἡ θεορρήμων γλῶσσά φησι, μόνος ἂν ἐδεόμην τῆς σταυριώδους τοῦ Θεοῦ ἐντολῆς· ἣ περιφρουροῦσα καὶ σώζουσα εἰς μέγα ἄν με προῆγεν ἄγουσα δόξης τε καὶ τιμῆς· νῦν δὲ ἐπειδὴ οὐχ ὡς θεὸν ἀμετάθετον, ἀλλ' ὡς ζῶον ἔκτισεν εὐμετάβολον, ἀμφιρεπῆ τε κλιτόν τε, ἐπ' ἀρετήν τε καὶ κακίαν ὁμοίως ῥέπειν καὶ ἐπικλίνεσθαι, ὁποτέρωσε νεύσειε, δυνάμενον, διὰ τοῦτο καὶ πλείοσι βοηθήμασιν ὡς φιλάγαθος ὑποστηρίζει· τῶν βοηθημάτων δὲ ἓν καὶ τὸ κάλλιστον ἡ διὰ λουτροῦ καὶ βαπτίσματος χάρις ἐστίν. Καὶ γὰρ ὃν τρόπον Ἑβραίων παῖδές ποτε ἀμνοῦ ἀλόγου τῷ αἵματι τὰς τῶν οἰκιῶν ἀλείφοντες ἐν συντάγματι Κυρίου φλιάς, ὅτε πᾶν πρωτογενὲς ἐν Αἰγύπτῳ ἀπὸ ἀνθρώπου ἕως κτήνους ἐν μιᾷ ἐξανῃροῦντο νυκτί, τότε οὗτοι τῷ τυπικῷ χρίσματι ἐκείνῳ τὴν ἀπὸ τοῦ ὀλοθρευτοῦ λύμην διεδίδρασκον· οὕτω κἀμοὶ τοῦ ἀμνοῦ τοῦ Θεοῦ τοῦ τὴν ἁμαρτίαν αἴροντος τοῦ κόσμου τὸ πνεῦμα καὶ τὸ αἷμα Χριστοῦ, σφραγὶς θεόρρυτος καὶ ἴαμα ἀλεξίκακον, τῷ τε νῷ καὶ τῷ σώματι ὡς οἴκου φλιαῖς νοητοῦ χριομένῳ, χρηματίζει καὶ παντοίων ἀποτρόπαιον ἀποδείκνυται κακῶν. Τοῖς μὲν οὖν ὡς ἀτελέσι καὶ νηπίοις τὸ τυπικῶς ἢ σκιωδῶς ἐκεῖ παρειλημμένον χρίσμα τυπικήν τε καὶ πρόσκαιρον εἴτουν σωματικὴν σωτηρίαν τοῖς χριομένοις ὑπετείνατο· ἐνταυθοῖ δὲ ἡ διὰ λουτροῦ παλιγγενεσίας διδομένη χάρις τοῦ Πνεύματος καὶ τὸ τοῦ φωτοδότου αἷμα Ἰησοῦ ἀρίστη γίνεται σφραγὶς καὶ ἀσφάλεια μυστικὴ νοὸς καὶ ψυχῆς καὶ σώματος, ὥν τις ἀρραβὼν ζωῆς αἰωνίου καὶ ἀκαταλύτου βασιλείας, τοῖς ἀξίοις λαμβάνουσιν βραβευομένη· ἐν τούτῳ γὰρ τῷ τοῦ ἀμνοῦ τοῦ Θεοῦ χρίσματι, τοῦ βάθους τῆς λύπης καὶ τῆς ἀπογνώσεως, καὶ δὴ καὶ τοῦ τῆς ἁμαρτίας βάρους κατὰ μικρὸν ἀνακουφιζόμενοι, καὶ τὸν αὐχένα ἀνατείνοντες τῆς ψυχῆς, πρὸς τὴν οὐράνιον ζωὴν τὰς πορείας κατευθυνόμεθα τοῦ νοῦ. Καὶ γὰρ ὥσπερ ὁδοιπόρος, ἐπιτηδείου καταλύματος εὐμοιρηκώς, καὶ τῶν κόπων ἀναπνεύσας, ἑαρᾷ προθυμίᾳ καὶ συντονωτέρᾳ πρὸς τὸ ἑξῆς τῆς πορείας διανίσταται, οὕτω καὶ ὁ τῆς χάριτος τοῦ ἁγίου Πνεύματος καὶ αἵματος ἐν αἰσθήσει καρδίας καὶ πίστει βεβαίᾳ κατηξιωμένος τοῦ Χριστοῦ, τῶν τε λυπούντων ἁπάντων, τῶν τε βαρυνόντων νοητῶς καὶ ὁρωμένως τὸ ἄχθος καὶ τῆς ἀκηδίας τὸν ὄγκον ἀποσκευαζόμενος καὶ ἀνανεούμενος, εὐσταλῶς τε καὶ ἐπονημένως πρὸς τὰς ἀγαπητὰς τοῦ τῶν φώτων

82 *Equidem si non essem homo inconstans, sed immutabilis*, etc.

Siquidem vere versatilis sed et non versatilis nec cessans ad pejora pronus esse plasmatus sum ut homo, lingua theologi prædicat, solius egebam præcepti de Deo crucifixo: quod circumtegens et salvans me exaltat et ducit ad gloriæ et honoris summum. Sed nunc qui me creavit non sicut Deum immutabilem, bene vero sicut animam viventem mutationi obnoxium, utramque ad partem propensum et inclinatum; et similiter inclinationis et trahentis voluptatis ad virtutem æque ac ad malitiam quocunque sors esset, capacem, idcirco virtutum amator pluribus auxiliis confirmat: quorum auxiliorum unum pulchritudine præstat Gratia per lavacrum et baptisma. Et quemadmodum pueri Hebræorum olim agni ratione expertis sanguine domorum postes linientes ad Domini jussionem, quando omne primogenitum in Ægypto ab homine usque ad pecus una nocte exterminatus est, tunc ipsi hac linitione figurativa plagam effugerunt exterminatoris, sic et mihi Agni Dei qui tollit peccatum mundi spiritus et sanguis Christi, signaculum a Deo oblatum et remedium mala corrigens, super intelligentiam et corpus quasi domus spiritualis postes linitur, valde proficiens et fit tutela contra omnimoda mala: illis ergo utpote imperfectis et infantibus figuratim aut per umbram hic tradita linitio, figuratam et momentaneam et ideo corpoream salvationem linitis tribuebat. Apud nos vero per lavacrum regenerationis data Spiritus gratia et illuminatoris sanguis Jesu fit optimum signaculum et tutela mystica spiritus, animæ et corporis, pignus quoddam vitæ æternæ et regni quod nulla afflictione fineque desolatur, dignis decernitur qui recipiant. Etenim ubi primum super nos manat ipse Agni Dei sanguis, de profundis angoris et desperationis et præsertim de peccati onere erigentes nos, gubernaculum sustollimus animæ atque ad cœlestem vitam spiritus gressus dirigimus. Profecto sicut viator diversorium nactus opportunum a lassitudine acquiescit, moxque novo ardore alacrior ad iter residuum assurget; sic et gratia sancti Spiritus et sanguine Christi dignatus qui corde intelligit et fide firmus est recreatus et renovatus ab oppressione affligentium omnium et onerantium sive spiritualiter sive visibiliter, necnon a tumore acediæ, alacriter et laboriose sicut cervus desiderat ad dilectas mansiones apud Patrem luminum. Et ne quis murmuret

hæc dona supereminentia assequi impossibile quasi non omnibus pateret aditus ad hanc duplicem sanctificationem et ad Christi magnificentiam, statim excelsa vox prævenit respondens :

97 *Communis omnibus aer, communis et tellus,* [et seq.

Siquidem omnium consensu communis omnibus animantibus terræ et volucribus ad usum vitalem aer explicatus ad aspirationem et halitum secundum naturam ; communis et tellus viam et vitam habitantibus omnibus suppeditans quos pariter dignatur fructibus suis, necnon patet mare natantibus in ea licet plus habere conetur nativa ambitio; communis et aliis elementis et rebus superextensum universorum cœlum, et sol et luna et cuncta convenientia adhuc et anni tempestates et horæ quæ vertentes æqualiter semper hominum vitæ præsto sunt; et commune præbetur salutare lavacrum aquæ baptismatis quæ funditur et super infantes omnes fere splendores locum habent in mysterio. Spiritus autem et sanguinis, quod minus appretiatur et confusius cernitur ab iis qui fide imperfecta accedunt et corde ignavo, magis e contra fulget et lucet puris et firmis, spiritus et sanguinis, inquam, ad perfectum finem, opus pure perfectum et divinum in ipsis præsto erit in Christo Jesu. Amen.

*Commentarius arcanorum S. Gregorii Theologi carminum : De virtute humana. Sermo* 9.

Valde contemplativum et philosophicum et divina Gregorii inspiratione dignum per carmina proposita de virtute humana ordinat divus scriptor sermonem, in quo omnem spiritus elationem et confidentiam animæ in seipsam castigat, necnon placendi hominibus sollicitudinem, e contra humilitatem et cogitationum modestiam commendat diligentibus veritatem. Et sic loquitur :

1 *Virtutem quidem desidero, verum hoc non me docuit,*

2 *Quænam illa sit et unde contigerit mihi,* etc.

Omnia entia ad boni proprii perfectionem tendunt : conformiter ipsorum essentiæ aut naturæ entia quæ simpliciter sunt esse appetunt, viventia vivere, germinantia germinare, sese moventia moveri, sensibilia sentire, ratiocinantia autem ratiocinari et intelligentia tandem secundum illa quæ ad ipsorum progressum pertinent intelligere appetunt. Quæ inter homo istorum omnium particeps, si tamen ultra tendens perfectiorem Dei imaginem et similitudinem appeteret, præter alia desiderio incenditur virtutis per quam summum bonorum sperat assequi. Virtus ergo maxime egregium bonorum ; quid enim melius, amoreque dignius ipsa cogitari potest, per quam initiatus conglutinatur

(22) Carm. 58, p. 135 ed. Colon. [nunc Carm. 15, lib. I, sect. 2, p. 405.]

Πατρὸς ἀναπτεροῦται μονάς· καὶ ἵνα μήτις ἀδύνατον εἶναι ὑποκρούσῃ τὰ θεαρχικὰ δῶρα ταῦτα λαβεῖν, μήτε γὰρ πᾶσιν προκεῖσθαι τὴν διπλῆν ταύτην κάθαρσιν καὶ τοῦ Χριστοῦ μεγαλοδωρεὰς, εὐθὺς ἡ μεγαλόφωνος ἀποκρινομένη λέγει βροντή·

97 *Ξυνὸς μὲν πάντεσσιν ἀὴρ, ξυνὴ δέ τε γαῖα,* [κ. τ. ἑξ.

pers principii, et personas tres habet, et tres hypostases, et tres Dominos, et thronos tres, et trinam lucem, et trinum splendorem et lucis æqualitatem; immutabile, nulli obnoxium diminutioni, caliginis expers, invictum, interitui minime subjectum; una essentia, potestas una, una gloria, unum regnum, una divinitas, una voluntas, actus, imperium. Denique nonnisi unitas, æqualitas, identitas est in Trinitate, extra proprietatem ingeniti, et geniti, et procedentis: unaquaque hypostasi singillatim et exsistente, et exstitura; non aliquando orta, non desinente, sed eodem se modo semper habente, ac manente citra mutationem omnem. Semper enim exstitit Deus ac Pater, qui quidem semper est Pater unigenæ Filii, Verbi subsistentis, a quo facta sunt universa, quibus et divus ille Spiritus semper adest, unaque cum ipsis ab omnibus intelligentia rationeque præditis creatis adoratur. Nemo in his vel prior est natu, vel posterior; non accrescit, non imminuitur instar luminis, quod sub sensum cadit, vel instar earum quæ supra mundum sunt copiarum: quæ cum universæ natura sua idem exsistant (quemadmodum et animi hominum rationis participes idem natura sua sunt omnes), partim tamen ordine, partim statione, partim assistendi ministrandique munere differunt, ac per incrementa et mutationes et conversiones, libero animi consilio vel in melius vel deterius propendentes, non aliqua naturali necessitate magis minusve degenerant, excellentibus aliis alias secundum ea, quæ indicavimus, discrimina. Quin et homini luminis appellatio tribuitur, et soli, et lunæ, et vario reliquorum siderum choro: quorum tamen maximo numero luminum, de materie constantium, multisque partibus ac modis inter se diversorum auctor est et opifex verum illud et expers materiei lumen, nimirum Deus et Pater, qui est supra omnia, cum unigena Filio suo, divinoque Spiritu, incorporeus, sub aspectum non cadens, omni et natura et cognitione superior: qui Filium genuit, et Spiritum produxit ratione secundum naturam ineffabili, sine ullo tempore, ante sæcula: non enim quidquam vel majus vel minus natu, non quidquam prius exsistens adventitiumve divina in Trinitate vel *anterius* est, vel est *hodie*, vel *deinceps* erit. Nimirum tria semper exsistunt, tria sunt ejusdem sanctitatis, tria simul expertia principii, tria agentia, tria simul agentia, in eadem forma, tria conformia, tria efficacia, tria effectionibus conjuncta, tria subsistentia, tria simul subsistentia, quæ non mutantur, neque transeunt, neque miscentur inter se. Nam semper exsistit Pater, et quidem solummodo Pater est, non etiam Filius; semper exsistit Filius, et quidem solummodo Filius est, non etiam Pater; similiterque divinus ille Spiritus nec Pater est, nec Filius; sed omni sine mutatione procedit: semper habent id quod singulis est peculiare, perfectione summa,

p o sua unusquisque hypostasi : nimirum Pater, Filius, Spiritus sanctus, in unitate Trinitas et est, et intelligitur, et profitendo perhibetur, et adoratur ab iis qui vere, non speciei causa, vel blaspheme adorant ut Arius qui et Dei naturam distrahit, et ad trutinam revocat, et majus ac minus divina in Trinitate imaginatur : vel ut Sabellius, qui eamdem commiscet ac confundit, et υἱοπατορίαν, hoc est, Patris Filiique confusionem singulari furore docet. Quapropter statuamus Trinitatem parem potentia, gloria, amplitudine, vel potius summa cum gloria et amplitudine, omnem animi perceptionem superantem; idque in una divina natura, regno, robore, libera potestate, quæ universam rerum naturam de nulla materie subjecta fabricata sit. Quomodo autem hæc sese habeant, id vero accurate pervestigare supersedeamus. Nam *nemo novit Patrem nisi Filius, neque Filium quis novit nisi Pater* [21]. Mortalibus autem eos divus ille Spiritus patefacit. Atque in hunc modum hæc tria sic exsistunt, ut nec accrescant, nec minuantur, nec altius insurgant, nec contrahantur, et singula ex se, vel a se, vel ad se, ratione ipsis consentanea, tam intelligantur quam credantur : quemadmodum seipsa patefaciunt lumen, ignis, spiritus. Quin et per alias, ut equidem arbitror, visionum comparationes et similitudines patefiunt, prout dignus is habitus fuerit, qui divinas res tractat.

μενα, ἐξ αὐτοῦ ἢ παρ' αὐτοῦ ἢ πρὸς αὐτὸν ἑκαστα ἀξίως νοούμενα, καὶ ὀρθῶς πιστευόμενα· καθὼς ἑαυτὰ ἀποκαλύπτει φῶς, πῦρ, πνεῦμα, καὶ ἑτέραις, οἶμαι, ὁράσεων παραβολαῖς καὶ ὁμοιώσεσι, καθὼς ἄξιος γινείη τοῖς θείοις διακονούμενος.

## INTERROGATIO IV.

At enim qui Moyses scribit, *Deus ille tuus, unus est Dominus* [22]; et in Annæ hymno dicitur : *Non est quisquam sanctus, ut Dominus; non est quisquam justus, ut Deus noster; non est quisquam sanctus extra te* [23]; quin et ipse Christus ait : *Ut cognoscant te solum verum Deum, et quem misisti Jesum Christum*; non inquit, (*Jesum*) *Deum* [24]?

*Responsio.*

Enimvero Christus his verbis a deitate seipsum non eximit, sed potius ad unius rerum principis ac Dei agnitionem nos in sublime ducit, ne mundi elementis amplius suppliciter addicti simus, ac Dei loco nostris conservis cultum divinum exhibentes, ad deorum multitudinem exorbitemus. Idcirco cum ait, *et quem misisti Jesum Christum*, quemnam hunc esse dicit, nisi Deum? sicut et Joannes inquit : *Unigenitus Filius qui est in sinu Patris, ipse enarravit* [25]. Quibus sunt consentanea quæ Paulus de Christo scripsit : *Quorum patres, et ex quibus Christus secundum carnem, qui est Deus super omnia* [26].

## ΠΕΥΣΙΣ Δ'.

Καὶ πῶς Μωϋσῆς γράφει, *Κύριος ὁ Θεός σου, Κύριος εἷς ἐστιν*· ἐν δὲ τῇ ᾠδῇ, ἡ Ἄννα, *Ὅτι οὐκ ἔστιν ἅγιος ὡς ὁ Κύριος, καὶ οὐκ ἔστι δίκαιος ὡς ὁ Θεὸς ἡμῶν, καὶ οὐκ ἔστιν ἅγιος πλὴν σοῦ*· αὐτὸς δὲ ὁ Χριστὸς λέγει, *Ἵνα γινώσκωσί σε τὸν μόνον ἀληθῆ Θεὸν, καὶ ὃν ἀπέστειλας Ἰησοῦν Χριστόν*· καὶ οὐκ εἶπε, *Θεόν*;

*Ἀπόκρισις.*

Ἀλλ' οὐχ ὑπεξάγων ἑαυτὸν τῆς θεότητος ὁ Χριστὸς τοιάδέ φησιν, εἰς μοναρχίαν δὲ καὶ θεογνωσίαν ἀνάγων ἡμᾶς μᾶλλον, ἵνα μηκέτι ὦμεν τοῖς στοιχείοις τοῦ κόσμου ἱκετεύοντες, καὶ ἀντὶ Θεοῦ τοῖς συνδούλοις λατρεύοντες, καὶ εἰς πολυθεΐαν εἰδώλων ὑποφερόμενοι. Φησὶ γοῦν, *Καὶ ὃν ἀπέστειλας Ἰησοῦν Χριστόν*. Τίνα τοῦτον, ἀλλ' ἢ Θεόν; καθὼς φησιν ὁ Ἰωάννης· *Ὁ μονογενὴς Υἱὸς, ὁ ὢν ἐν τοῖς κόλποις τοῦ Πατρὸς, ἐκεῖνος ἐξηγήσατο.* Συμφώνως δὲ τούτοις Παῦλος γράφων περὶ Χριστοῦ, *Ὧν οἱ πατέρες, καὶ ἐξ ὧν ὁ Χριστὸς τὸ κατὰ σάρκα, ὁ ὢν ἐπὶ πάντων Θεός.*

## INTERROGATIO V.

Si ergo Patri æqualis est Filius, cur in Joannis et Pauli monumentis litterarum non adorationis eo cultu afficitur quo Pater, cui veri Dei appellationem illi tribuunt?

*Responsio.*

Ergone quisquam poterit universe receptam Joannis epistolam subvertere, quæ in extremo clamat : Jesus Christus, *hic verus Deus est, et vita æterna* [27]? Et alio quodam loco de Patre dicit, *Deus est lumen* [28], neque adjicit vocem, *verum*. Ergone dicere audeamus Patrem non esse verum lumen?

## ΠΕΥΣΙΣ Ε'

Εἰ οὖν ἴσος τῷ Πατρὶ ὁ Υἱὸς, διατί μὴ προσκυνεῖται τοῖς Ἰωάννου καὶ Παύλου γράμμασιν, ὡς ἐπὶ τοῦ Πατρὸς τὸ φῶς τὸ ἀληθινόν; (*sic.*)

*Ἀπόκρισις.*

Ἆρ' οὖν οἷος ὑπάρχεις ὑποσπάσασθαι τὴν καθολικὴν Ἰωάννου Ἐπιστολὴν, πρὸς τῷ τέλει βοῶσαν, ὅτι Ἰησοῦς ὁ Χριστὸς *οὗτός ἐστιν ὁ ἀληθινὸς Θεὸς καὶ ζωὴ αἰώνιος*; Καὶ ἑτέρωθεν, περὶ μὲν τοῦ Πατρός φησιν, ὅτι *φῶς ὁ Θεὸς*, καὶ οὐ πρόσκειται τὸ *ἀληθινόν*. Τολμητέον ἄρα φῆσαι, μὴ εἶναι φῶς ἀληθινὸν τὸν Πατέρα;

## INTERROGATIO VI.

Satis abs te Patris et Filii demonstrata est æqualitas. Quamobrem quod reliquum est, cupimus etiam de Spiritu sancto fateri opera tua, verum hunc Deum dici.

## ΠΕΥΣΙΣ ϛ'.

Περὶ μὲν τοῦ Πατρὸς καὶ Υἱοῦ ἱκανῶς ἀπέδειξας τὴν ἰσότητα. Λοιπὸν δὲ, ἐπὶ τοῦ ἁγίου Πνεύματος ζητοῦμεν τοῦ ἀληθινοῦ συμφωνίου (2).

[21] Matth. xi, 27. [22] Deut. vi, 4. [23] I Reg. ii, 2 apud LXX. [24] Joan. xvii, 3. [25] Joan. i, 18. [26] Rom. ix, 5. [27] I Joan. v, 20. [28] I Joan. i, 5.

(2) *Συμφωνίου*. An legendum *συμφωνίαν*? Edit.

Ἀπόκρισις.

Ἱκανὸς τούτου παιδευτὴς αὐτὸς ὁ Υἱός. *Ἐὰν γὰρ ἐγὼ ἀπέλθω*, φησὶν, *ἐκεῖνος ἔρχεται τὸ Πνεῦμα τῆς ἀληθείας.*

ΠΕΥΣΙΣ Ζ'.

Καὶ ἡ Γραφὴ κτιστὸν δείκνυσι τὸ Πνεῦμα, λέγουσα· *Κύριος στερεῶν βροντὴν, καὶ κτίζων πνεῦμα.*

Ἀπόκρισις.

Ἀλλ' οὐ περὶ τοῦ θείου ἐνταῦθα Πνεύματος φησὶ τὸ γράμμα. Οὐ πρόσκειται γὰρ τῷ κτιζομένῳ τὸ ἅγιον· ἀλλὰ ψιλῶς φησι, *Κτίζων πνεῦμα*, τὸ ἐπὶ κινήσεως νεφῶν καὶ ἐνέργειαν (3) ὑετοῦ πνέον, δι' οὗ καὶ ὁ τῆς βροντῆς εἰκότως ἀποτελεῖται ἦχος, ἐν ταῖς κοιλότησι τῶν νεφῶν ἐναπολαμβανομένου τοῦ πνεύματος, καὶ τῇ διαῤῥαγῇ καὶ πνοιᾷ καταχροτοῦντος τὰ ὑποκείμενα· κατὰ τὴν εἰκόνα τοῦ ἐν ὄρνισιν, ἢ κτήνεσι πεφυκότος ὑμένος ἐξιτήλου καὶ διαφανοῦς πομφόλυγος· ὅντινα τὰ σοβαρὰ καὶ ἀπαίδευτα μειράκια κομιζόμενα, καὶ τῷ ἀέρι ἀναξηραίνοντα, τῷ σφῶν πνεύματι διατείνουσιν, εἶτα κρύβδην πατάξαντές τινα τῷ ἤχῳ τῆς περιῤῥαγῆς τοὺς περιεστῶτας ἐκ ξυσπλενδίας (*sic*) αὐτῆς καὶ βάθους καρδίας ἐθρόησαν.

ΠΕΥΣΙΣ Η'.

Καὶ πῶς χειμῶνος τῶν αὐτῶν ὄντων πνευμάτων, καὶ σφοδροτέρων μᾶλλον, οὐ γίνονται οἱ τῆς βροντῆς κτύποι;

Ἀπόκρισις.

Ἐπινοτιζομένων τῶν νεφῶν καὶ μαλακουμένων τῇ τοῦ ἀέρος παχύτητι, καὶ ὁμιχλώδους καὶ ὑγρᾶς τῶν ἐγκεκραμένων τῇ χέρσῳ κρηναίων τε καὶ ποταμίων ὑδάτων, οὐκ ἀποτελεῖται ὁ τῆς διαῤῥαγῆς ἦχος· οὐ καθ' ὅλης μέντοι ἠπείρου ταῦτα συμβαίνει, ἀλλ' ἐν τοῖς χειμερίοις αὐτῆς κλίμασι μόνοις, κατὰ τὴν εἰκόνα σκυτάλης ἢ μεμβράνης· ἡλίῳ μὲν διαφυσσωμένων, μηδὲ τὴν ἀφὴν ἄψοφον ἔχειν, νοτιζομένων δὲ, μηδὲ τὴν διαῤῥαγὴν σημαίνειν ἢ συστολήν. Πηλουμένου τοίνυν καὶ παχυνομένου τοῦ περὶ γῆν ἀέρος, ὀκνῶ μὴ ἐξακούεσθαι τὸν ἴκμαρον τῆς βροντῆς ἦχον. Εἰκότως νοείσθω τὸ τοῦ ἀνέμου πνεῦμα κτίζεσθαι φάσκειν τὴν Γραφήν· διὸ καὶ τῇ βροντῇ συντέτακται.

ΠΕΥΣΙΣ Θ'.

Καλῶς περὶ τοῦ Πνεύματος διδαχθέντες, τὰ περὶ τοῦ Υἱοῦ προστεθῆναι παρακαλοῦμεν. Τὸ γὰρ ὑπὸ τῆς Γραφῆς λεγόμενον, *Κύριος ἔκτισέ με ἀρχὴν ὁδῶν αὐτοῦ εἰς ἔργα αὐτοῦ*, περὶ αὐτοῦ εἰρῆσθαι τινὲς διδάσκουσιν, ὅτι κτιστὸς καὶ τοῦ Πατρὸς ὕστερος.

Ἀπόκρισις.

Περὶ μὲν τοῦ Υἱοῦ φημι κἀγὼ τὸ ῥῆμα, οὐ μέντοι περὶ τῆς αὐτοῦ θεότητος, ἀλλὰ τῆς ἐκ Μαρίας αὐτοῦ σαρκός. Ἄκτιστος γὰρ θεότητι, κτίζεται τῷ προσλήμματι. Οὐ γάρ φησιν ἡ θεία Γραφὴ περὶ τοῦ Πατρὸς, Κτίζων εἰς ἀνθρώπους τὸν Χριστὸν αὐτοῦ· ἀλλ',

*Responsio.*

Id vero Filius ipse nos abunde docet, cum ait: *Ego si abiero, veniet ille, qui Spiritus est veritatis* [29].

INTERROGATIO VII.

Atqui Litteræ sacræ Spiritum creatum esse significant, cum aiunt: *Qui solidum efficit tonitru, et spiritum creat* [30].

*Responsio.*

At non hic de divino Spiritu sermo est. Nam spiritui creato sancti appellatio non adjicitur, sed nude dicitur: *qui spiritum creat:* nimirum qui stat in hoc, ut nubes commoveat et efficiat imbres, per quem et tonitrus sonum fieri consentaneum est, spiritu in concavitatibus nubium intercepto, et perruptione flatuque subjecta supplodente: prorsus uti fieri videmus in avium vel jumentorum vesica quæ tenui pellucidæque bullæ consimilis est. Hanc enim petulantes maleque morati pueri sumptam, et aere siccatam, suo spiritu extendunt, ac deinde clanculum eam ferientes, fragoris sono circumstantes toto cum viscerum motu et imo corde perterrefaciunt.

INTERROGATIO VIII.

Et qui fit, ut cum hiberno tempore sint iidem spiritus, imo etiam vehementiores, tonitruum tamen fragores illi non accidant?

*Responsio.*

Cum nubes madidæ sunt, ac factæ molliores ob crassitiem aeris, et caliginosam humidamque aquarum evaporationem, tam quæ fontibus, quam quæ fluviis continentur, et terræ mistæ sunt, strepitus ille fragoris orti de perruptione nubium non efficitur: quod quidem non ubivis terrarum accidere solet, sed tantum in climatibus ejus hiemi plus æquo subjectis. Ac licet hic imaginem de scutica membranave petere, quæ si a sole sunt arefactæ, ne contingi quidem citra strepitum possunt. Verum ubi maduerunt, sonum plane nullum edunt, sive adeo rumpantur, sive complicentur. Eodem modo si quasi luteus fit, crassusque circa terram aer, exaudiri non posse fluidum laxumque sonum illum tonitrus arbitror. Debetis igitur existimare, Litteras sacras dicere, spiritum illum ventosum a Deo creari: qua ipsa de causa vox hæc tonitrui conjuncta est.

INTERROGATIO IX.

Quando recte nos de Spiritu erudisti, petimus uti de Filio quædam adjicias. Quod enim sacris in Litteris perscriptum legimus: *Dominus me creavit, initium viarum suarum ad opera sua* [31]: id de Filio plerique dictum volunt, esse videlicet hunc creatum, ac Patre posteriorem.

*Responsio.*

Etiam ipse de Filio dictum illud accipio, non tamen de ipsius divinitate, sed de carne, quam ex Maria sumpsit. Increatus enim respectu divinitatis, ejus ratione creatur quod assumpsit. Nec enim Litteræ sacræ de Patre sic loquuntur, Qui creat ho-

[29] Joan. XVI, 7, 13. [30] Amos IV, 13. [31] Prov. VIII, 22.

(3) Ἐνέργειαν. Forte leg. ἐνεργείας. EDIT.

minibus Unctum suum : sed, Qui annuntiat hominibus Unctum suum, Deum scilicet illum verum, immutabilem, non creatum, coæternum Patri, et cum eo subsistentem ante sæcula : de quo Joannes clamat, *Qui est in sinu Patris* [32] ; et qui Mosem Pharaoni dicere jubet : non, Is qui conditus aliquando est ( de sententia stolidorum quorumdam et insipientium), sed, *Qui est, ad te me ablegavit* [33]. Ipse denique de se per Paulum ait : *Christus qui est Deus super universa* [34].

Ἀπαγγέλλων εἰς ἀνθρώπους τὸν Χριστὸν αὐτοῦ, τὸν ἀληθινὸν καὶ ἄτρεπτον Θεὸν, τὸν ἀναλλοίωτον, τὸν ἄκτιστόν τε καὶ συναΐδιον τῷ Πατρὶ, πρὸ αἰώνων ξυνυπάρχοντα· Ἰωάννου μὲν βοῶντος, *Ὁ ὢν ἐν τοῖς κόλποις τοῦ Πατρός*· αὐτὸς Μωσεῖ ἐντέλλεται ἐρεῖν τῷ Φαραὼ, οὐχ, Ὁ ποτε κτισθεὶς (κατὰ τοὺς εἰκαιοβούλους καὶ ματαιόφρονας), ἀλλ', *Ἐρεῖς*, φησὶν, « *Ὁ ὢν ἀπέσταλκέ με.* » Αὐτὸς δὲ περὶ ἑαυτοῦ ἐν Παύλῳ φησὶ, *Χριστὸς ὁ ὢν ἐπὶ πάντων Θεός*.

## INTERROGATIO X.

Imo de Patre scripsit hoc Moses, *Qui est, ad te me ablegavit*, non de Christo.

*Responsio.*

Equidem a vestra charitate peto, ne sacrorum Evangeliorum falsarii sitis, in quibus ipse Dominus hoc divinitus protulit : *Moses de me scripsit, et mihi testimonio est* [35]. Igitur et Pater est exsistens ille, et Filius exsistit cum Patre, de Patre genitus, non confusus cum Patre, non exsistendi principium habens, sed exsistens cum Patre, tanquam nativus Filius. Nec enim unquam ævum aliquod vel tempus vel temporis articulus fuit, quo Filius non exsisteret. Cæteroqui num et ipse Pater erat alterius se prioris Patris ? Quapropter simul Patrem profiteberis, et mox cum Patre unigenam dilectissimumque Filium. Nam qui se Patrem honore putant afficere, si dicant eum prius exstitisse, prorsus impii propterea sunt, quod tempus ante sæculorum opificem Christum statuunt. Etenim apud Deum nec ævo locus est, nec tempori, nec dierum conversionibus, nec puncto, nec minutis, nec oculi momento, sicuti nec informare secum mens ulla Trinitatis ineffabilis æternitatem potest : quippe si dicas, fuisse Patrem aliquando, cum Filius non exsisteret : cujus erat, obsecro, Pater, cum Filium non haberet ? Quod si negas eum Patrem esse, simul ipsam ejus naturam in universum tollito. Quapropter credendum, esse Filium ejusdem essentiæ cum Patre, non cum essentia Patris confusum, quemadmodum Sabellius delirabat. Nam horum alterum significationem personæ ac substantiæ habet, alterum plane blasphemum est : quando ea ratione Filius et Spiritus cum Patre commiscentur, ac Trinitas in unitatem resolvitur : quod omnino divinis a legibus est alienum.

## ΠΕΥΣΙΣ Γ'.

Ἀλλὰ Μωϋσῆς περὶ τοῦ Πατρὸς ἔγραψε τὸ, *Ὁ ὢν ἀπέσταλκέ με*, οὐ γὰρ περὶ Χριστοῦ.

*Ἀπόκρισις.*

Ἀξιῶ ὑμῶν τὴν ἀγάπην, μὴ παραχαράττειν τὰ Εὐαγγέλια, τοῦ Κυρίου ἐν αὐτοῖς θεηγοροῦντος, *Μωσῆς ἔγραψε περὶ ἐμοῦ, καὶ αὐτὸς μαρτυρεῖ περὶ ἐμοῦ*. Ὢν τοίνυν ὁ Πατὴρ, καὶ ὢν ὁ Υἱὸς πρὸς τὸν Πατέρα, καὶ ἐξ αὐτοῦ γεννηθεὶς, οὐ συναλοιφὴ ὢν τῷ Πατρὶ, οὐχ ἀρξάμενος τὸ εἶναι, ἀλλὰ συνὼν τῷ Πατρὶ ὡς γνήσιος Υἱός. Οὐχ ἦν γάρ ποτε αἰὼν, ἢ χρόνος, ἢ καιρὸς, ὅτε οὐκ ἦν ὁ Υἱός. Ἆρα καὶ αὐτὸς ὁ Πατὴρ ἦν ἑτέρου Πατρὸς τοῦ πρὸ αὐτοῦ; Ἅμα οὖν Πατέρα ὁμολογήσεις, ξυνομολογεῖς (4) αὖθις τὸν μονογενῆ καὶ φίλτατον Παῖδα. Οἱ γὰρ δοκοῦντες διὰ τῆς προϋπάρξεως τὸν Πατέρα τιμᾷν, τέλεον ἀσεβοῦσι, χρόνον ἢ καιρὸν προτάττοντες τοῦ ποιητοῦ τῶν αἰώνων Χριστοῦ. Παρὰ Θεῷ γὰρ οὐχ αἰὼν, οὐ χρόνος, οὐχ ἡμερῶν περίοδοι, οὐ στιγμαὶ, οὐκ ἄτομοι, οὐ ῥιπὴ ὀφθαλμοῦ, οὐ διανοίᾳ φαντασθῆναι οἷόν τε τῆς ἀφράστου Τριάδος τὸ ἄχρονον. Εἰ γὰρ φῇς ὅτι ἦν Πατήρ ποτε, ὅτε οὐκ ἦν ὁ Υἱὸς, τίνος ἄρα ὑπῆρχε Πατὴρ μὴ ὄντος Υἱοῦ; Εἰ δ' αὖ πάλιν τὸν Πατέρα αὐτὸν μὴ ὑπάρχειν ὑποστὰς εἶ, ξυναφέλου αὐτὸν καθόλου τὸ εἶναι. Πίστευε οὖν ὁμοούσιον τῷ Πατρὶ τὸν Υἱὸν, μὴ *συνούσιον*, κατὰ τὴν τοῦ Σαβελλίου παροινίαν. Τὸ μὲν γὰρ ὑπάρχει ὑποστάσεως δηλωτικὸν, τὸ δὲ, βλασφημίας εἰς Πατέρα τοῦ Υἱοῦ καὶ τοῦ Πνεύματος ἀνακιρναμένων, καὶ εἰς μονάδα τὴν Τριάδα ἀναλυούσης, ὅπερ ἀλλότριον παντελῶς τῶν θείων ὑπάρχει νόμων.

## INTERROGATIO XI.

Quantum nos quidem deprehendimus, veneratione dignissime Pater, tres esse deos statuis : quo si exorbitabimus, in multitudinem incidemus. Eaque ratione fiet, ut nos doceas colere non unum principem Deum, sed multos.

*Responsio.*

Ego vero cum tres personas statuo, non divinam naturam divido, sed unitatem ejus confitendo, Trinitatem supplex imploro.

## ΠΕΥΣΙΣ ΙΑ'.

Ἐξ ὧν εὑρίσκομεν, τριθεΐαν φρονεῖς, τιμιώτατε Πάτερ· εἰς ἣν ἐκφερόμενοι, εἰς πολλὰ ἐκπεσούμεθα, καὶ οὐ μοναρχίᾳ, ἀλλὰ πολυθεΐᾳ λατρεύειν παρασκευάζεις ἡμᾶς.

*Ἀπόκρισις.*

Οὐ τὴν θείαν φύσιν διαιρῶν, τρεῖς αὐτῆς ὑποστάσεις φημὶ, ἀλλ' ἐκείνης τὴν ἕνωσιν ὁμολογῶν, Τριάδα ποτνιῶμαι δεόμενος.

[32] Joan. I, 18. [33] Exod. III, 14. [34] Rom. IX, 5. [35] Joan. V, 46

(4) *Ξυνομολογεῖς*. An ξυνομολογῶν? EDIT.

ΠΕΥΣΙΣ ΙΒ'.

Τὸ δὲ λέγειν σε Θεὸν τὸν Πατέρα, καὶ Θεὸν τὸν Υἱὸν, καὶ Θεὸν τὸ ἅγιον Πνεῦμα, τριθεΐαν φανερῶς διδάσκεις.

*Ἀπόκρισις.*

Τριάδα φημὶ τῆς αὐτῆς οὐσίας, τῆς αὐτῆς ῥώμης τε καὶ θεότητος, οὐκ αὔξουσαν ἢ μειουμένην καὶ λήγουσαν, οὐ προσθήκην τῷ ἀριθμῷ λαμβάνουσαν· εἰ καὶ σαρκὶ ἑνωθῆναι ὁ Λόγος ηὐδόκησεν, μηδὲν ἐπεισάγων τῷ ἀριθμῷ τῆς Τριάδος. Μία οὖν ἐν Τριάδι σφραγὶς καὶ σωτηρία, καὶ οὐδὲν ἐν αὐτῇ κτιστόν. Εἰ γὰρ ἄκτιστος ὁ Πατὴρ, κτιστὸς δὲ ὁ Υἱὸς καὶ τὸ Πνεῦμα, κατὰ τοὺς Ἀρειανοὺς μύθους, καὶ τοὺς λοιποὺς ματαιόφρονας, τίνι λόγῳ συνῆπται καὶ συνδέδεται συγκεραννύμενον καὶ συνδοξαζόμενον τοῖς κτιστοῖς τὸ ἄκτιστον, ἐν τῇ σφραγίδι (5) τῆς μυστικῆς τελειότητος; Ἆρ' ὡς μὴ οἵου τε τοῦ Πατρὸς σώζειν, καὶ προσλαβομένου βοήθειαν τὰ δύο κτιστά;

INTERROGATIO XII.

At cum Deum Patrem, Deum Filium, et Deum Spiritum sanctum dicis, manifesto tres deos doces.

*Responsio.*

Imo Trinitatem profiteor unius et ejusdem essentiæ, potestatis ac divinitatis ejusdem, quæ non augescit, vel deminuitur, vel deficit, nec incrementum numeri recipit. Quanquam enim Verbo placuit cum carne uniri, numero tamen Trinitatis haudquaquam aliquid addidit. Quapropter unicum est in Trinitate signaculum atque salus, et nihil in eadem creatum. Quippe si Pater est increatus, Filius autem creatus, itemque Spiritus, de sententia fabularum Arii reliquorumque dementium : quonam, quæso, pacto creatis increatum conjunctum est et copulatum, ita ut pari honore gloriaque cum eo afficiatur in obsignatione perfectionis illius arcanæ? quasi videlicet Pater salutem largiri non possit, ac propterea creata duo, quorum ope uteretur, assumpserit.

ΠΕΥΣΙΣ ΙΓ'.

Εἰ οὖν τρία τῆς Τριάδος πρόσωπα καὶ τρεῖς ὑποστάσεις, πάντως ἡ ὑπόστασις ἓν πρόσωπον ἂν εἴη, καὶ τὸ πρόσωπον ἐνυπόστατον. Ἐξ ὧν τρεῖς δηλοῦνται θεοί· ὅπερ ἀναιρῶν ὁ Ἀπόστολος γράφει, *Εἷς Κύριος, μία πίστις, ἓν βάπτισμα*· καὶ πρὸ τούτου Μωσῆς τῷ Ἰσραὴλ, *Κύριος ὁ Θεός σου, Κύριος εἷς ἐστιν.*

*Ἀπόκρισις.*

Ἀλλὰ μετὰ Μωσέως καὶ Παύλου, καὶ τῆς φωνῆς τῶν Χερουβὶμ καὶ Σεραφὶμ ἀκούσωμεν, *Ἅγιος, ἅγιος, ἅγιος*, ἀσιγήτως βοώντων. Οὐ γὰρ δὶς ἢ τετράκις τοῦτό φασι τὰ πνευματικὰ ἐκεῖνα καὶ θεοφόρα ζῶα, οὐδ' αὖ πάλιν μονοφωνοῦσιν, ἢ, Ἅγιοι, ἅγιοι, φασὶν, ἵνα μὴ τὸ ἑνικὸν πολυώνυμον ἀποφαίνωσιν· ἀλλὰ τρισὶ μὲν τὸν ἁγιασμὸν ἀσιγήτως ἀναφωνοῦσιν, ἑνικῶς δὲ ἀποφαίνονται· ἵνα μὴ πολυθεΐαν τοῖς νηπιόφροσιν ὑποσπείρωσιν.

INTERROGATIO XIII.

Quod si ergo tres sunt Trinitatis personæ ac tres hypostases, omnino sequetur, hypostasim personam, ac personam vicissim hypostasim constituere; qua ratione tres dii significantur : id quod Apostolus refellere volens, in hæc verba scripsit : *Unus Dominus, una fides, unum baptisma* [36]; et ante ipsum Moses ad Israeliticos inquit : *Dominus Deus ille tuus, Dominus unus est* [37].

*Responsio.*

At præter Mosem et Paulum etiam cheruborum seraphorumque vocem illam audiamus, qua citra intermissionem clamant : *Sanctus, sanctus, sanctus* [38]. Nam hoc non vel bis vel quater animalia illa spiritualia divinoque Numine plena proferunt, non item semel tantum efferunt ; vel sancti, sancti, dicunt, ne quod unicum est, plures appellationes habere declarent ; sed tribus sanctitatem perpetuo tribuunt; et singulari nihilominus utuntur numero, ne deorum multitudinem in animos rudiorum inserant.

ΠΕΥΣΙΣ ΙΔ'.

Τί οὖν ἐστι τὸ γεγραμμένον, ὅτι *Τὸ Πνεῦμα ἐρευνᾷ τὰ βάθη τοῦ Θεοῦ;* Εἰ ὁμοούσιος Τριὰς, καὶ μία γνῶσις καὶ ἓν θέλημα, καὶ μία αὐτῆς ἡ θεότης, καὶ οὐ κτιστόν τι καὶ ἀνόμοιον ἐν αὐτῇ, πῶς ἐρευνᾷν λέγεται τὸ Πνεῦμα τὰ βάθη τοῦ Θεοῦ, ὡς ἀγνοοῦν; Εἰ γὰρ γινώσκει, οὐ χρὴ ἐρευνᾷν· ἀγνοίας γάρ ἐστι τὸ ἐρευνᾷν.

*Ἀπόκρισις.*

Ἀλλ' οὐκ ἀγνοίᾳ ἢ περιεργίᾳ, κατὰ Μακεδόνιον τὸν μεμηνότα, ἐρευνᾷ, ἀλλὰ γνησιότητι. Ἐπειδὰν γὰρ ἐν τοῖς ἐναρέτοις καὶ ἐναγίοις βροτῶν γένηται τὸ θεῖον καὶ πανάγιον Πνεῦμα, παρασκευάζει αὐτοὺς τὰ βάθη ἐρευνᾷν τοῦ Θεοῦ, ἐκ τῆς προχείρου τοῦ γράμματος ἐξετά-

INTERROGATIO XIV.

Quid igitur sibi vult, quod præscriptum legimus, *Spiritus scrutatur etiam Dei profunditates* [39]? Si Trinitas unius et ejusdem est essentiæ, si una cognitio, voluntas una, divinitas una, nec quidquam in ea creatum vel inæquale : quo tandem pacto scrutari Spiritus profunditates Dei, tanquam eas ignorans, dicitur? Quippe si eas cognitas habet, perscrutationis haud indiget ; cum scrutari sit ignorationis.

*Responsio.*

At non scrutatur ex ignoratione vel curiositate, quemadmodum furens ille Macedonius tradit, sed nativa quadam ipsi proprietate. Nam cum divinus ille sanctissimusque Spiritus est in egregiis et sanctis hominibus, sic eos instruit, ut profundi-

[36] Ephes. IV, 5. [37] Deut. VI, 4. [38] Isa. VI, 3; Apoc. IV, 8. [39] I Cor II, 10.

(5) *Ἐν τῇ σφραγίδι. In obsignatione*, hoc est in baptismo. Respicit fortasse auctor Ephes. I, 13, IV, 30.

tates Dei scrutentur, de faciliore ac obvia cuivis Litterarum sacrarum indagatione subvehens ipsos ad sensum quemdam sublimiorem, dum in perscrutatione rerum diviniorum quasi ad fundum mens penetrat, perque spiritus hamum de hujus vitæ gurgite, piscem animi educit, continentem ore staterem illum maximi pretii, adeoque Christum Servatorem omnium. Sic enim et apostolus ille princeps pro seipso et Christo animæ piscem iis qui exigebant, dare jubetur [60], habentem staterem Christum et fidei doctrinam in ore, profectamque de profunditate cordis subvectionem et laudem. *Ex profundis* enim, inquit, *clamavi ad te, Domine; Domine, exaudi vocem meam* [61]. Sed et eximius ille Apostolus: *Nos*, inquit, *spiritum Dei accepimus, ut sciamus quæ a Deo donata sint nobis* [62]. Atque iterum inquit idem: *Nobis autem Deus revelavit per Spiritum suum* [63]. Et rursus divinorum carminum auctor Davides: *Os meum*, inquit, *aperui, et spiritum attraxi* [64], nempe non aerium, sed divinum, per quem abscondita de adventu uniti cum Deo hominis mille jam ante annos luculente declarat, canens Deo: *Obscura et abscondita sapientiæ tuæ nota fecisti mihi* [65].

σεως, ἐπὶ τὴν ὑψηλοτέραν αὐτοὺς ἀνάγει διάνοιαν, τῇ ἐρεύνῃ τῶν θειοτέρων, ὥσπερ ἐν βυθῷ τινι γενομένης τῆς διανοίας, καὶ τῷ ἀγκίστρῳ τοῦ πνεύματος ἐκ τοῦ βιωτικοῦ βυθοῦ τὸν ἰχθὺν τῆς ψυχῆς ἀνάγοντος, ἔχοντα ἐν τῷ στόματι τὸν πολυτίμητον στατῆρα, καὶ τοῦ παντὸς Σωτῆρα Χριστόν. Οὕτως γὰρ καὶ ὁ τῶν ἀποστόλων κορυφαῖος, ἀνθ' ἑαυτοῦ καὶ Χριστοῦ τὸν τῆς ψυχῆς ἰχθὺν δοῦναι τοῖς ἀπαιτοῦσι προστάττεται, ἔχοντα τὸν στατῆρα Χριστὸν, καὶ τῆς πίστεως τὸν λόγον ἐν τῷ στόματι, καὶ τὴν ἐκ βάθους καρδίας ἀναγωγὴν καὶ αἴνεσιν. Ἀλλὰ καὶ ὁ ὑψηλὸς Ἀπόστολος, *Ἡμεῖς δὲ*, φησὶ, *τὸ Πνεῦμα τοῦ Θεοῦ ἐλάβομεν, ἵνα ἴδωμεν τὰ ὑπὸ τοῦ Θεοῦ χαρισθέντα ἡμῖν*. Καὶ πάλιν ὁ αὐτός φησιν· *Ἡμῖν δὲ ὁ Θεὸς ἀπεκάλυψε διὰ τοῦ Πνεύματος αὐτοῦ*. Καὶ πάλιν Δαβὶδ ὁ τῶν θείων μελῳδός· *Τὸ στόμα μου*, φησὶν, *ἤνοιξα, καὶ εἵλκυσα πνεῦμα*· οὐκ ἀέριον δὲ, ἀλλὰ τὸ θεῖον, δι' οὗ τὰ ἀπόκρυφα τῆς θεανδρικῆς τοῦ Θεοῦ παρουσίας, πρὸ χιλίων ἤδη ἐτῶν προαπεφήνατο, διαῤῥήδην τραγῳδῶν τῷ Θεῷ· *Τὰ ἄδηλα καὶ τὰ κρύφια τῆς σοφίας σου ἐδήλωσάς μοι.*

## INTERROGATIO XV.

Si Filius est Deus et æqualis Patri, quomodo ignorat ea quæ novit Pater? At vero ipse in Evangelio inquit: *Nemo novit diem, neque horam consummationis, neque angeli cœlestes, neque Filius, nisi solus Pater* [66].

### *Responsio.*

Solet humanis uti similitudinibus sacra Scriptura, et de rebus naturalibus sæpenumero quædam petit, ut cum in Evangelio inquit Dominus: *Simile est regnum cœlorum fermento* [67], et *grano sinapis* [68]. Paulus item ille sublimis, *Corpora*, inquit, *cœlestia sunt, et corpora terrestria* [69]. Et de rebus naturalibus sumptum etiam illud, quod ad Corinthios scribens, tibiæ citharæque meminit [70]. Idcirco et ipse nunc a rebus nostris petita exili quadam similitudine utar. Num ignoraret mea ratio consilia mea? nullus hoc eorum, qui vel qualemcunque disciplinam consecuti sunt, dicet. Quomodo igitur Dei et Patris Verbum ignorabit ejus consilia? cum dicat ipse, *Omnia quæcunque habet Pater, mea sunt* [71]: nempe quod Deus est vita, quod est lux, quod est immortalitas, quod est incomprehensibilis. Et alibi ait: *Omnia mea tua sunt*, Pater, *et tua mea sunt* [72]. Si igitur omnia quæ Patris sunt, ipsius sunt: etiam cognitio quæ Patris est, omnino ipsius est; itemque Spiritus, ut paulo post latius dicetur.

## ΠΕΥΣΙΣ ΙΕ'.

Καὶ εἰ Θεὸς ὁ Υἱὸς καὶ ἴσος τῷ Πατρὶ, πῶς ἀγνοεῖ ἃ ὁ Πατὴρ γινώσκει; Αὐτὸς γὰρ ἐν Εὐαγγελίοις λέγει, ὅτι *Οὐδεὶς οἶδε τὴν ἡμέραν οὐδὲ τὴν ὥραν τῆς συντελείας, οὔτε οἱ ἄγγελοι τῶν οὐρανῶν, οὔτε ὁ Υἱὸς, εἰ μὴ ὁ Πατὴρ μόνος.*

### *Ἀπόκρισις.*

Ἐπεὶ οὖν παραδείγμασι βροτῶν κεχρῆσθαι πέφυκεν ἡ θεία Γραφὴ, καὶ φυσιολογίαις πολλάκις, καθὼς, ἐν Εὐαγγελίοις θεηγορῶν, φησὶν ὁ Κύριος, *Ὁμοία ἐστὶν ἡ βασιλεία τῶν οὐρανῶν ζύμῃ, καὶ κόκκῳ σινάπεως*· καὶ Παῦλος δὲ ὁ ὑψηλὸς τὴν διάνοιαν, *Σώματα*, φησὶν, *ἐπουράνια, καὶ σώματα ἐπίγεια*· φυσιολογεῖ δὲ καὶ Κορινθίοις ἐπιστέλλων, ἀπὸ σάλπιγγος, αὐλοῦ καὶ κιθάρας. Κἀγὼ τοίνυν ἐκ τῶν καθ' ἡμᾶς ἀμυδρᾷ εἰκόνι χρήσομαι. Ἆρ' οὖν ἀγνοεῖ ὁ ἐμὸς λόγος τὰ ἐμὰ βουλεύματα; Ἀλλ' οὐδεὶς τῶν ὁπωσοῦν παιδείας μετειληφότων ταῦτα ἐρεῖ. Πῶς οὖν ὁ τοῦ Θεοῦ καὶ Πατρὸς Λόγος ἀγνοήσει τὰς ἐκείνου βουλὰς, φάσκων, *Πάντα ὅσα ἔχει ὁ Πατὴρ, ἐμά ἐστι*; τὸ, Θεὸς ἡ ζωὴ, τὸ φῶς, τὸ ἀθάνατον, τὸ ἀκατάληπτον. Καὶ πάλιν, *Καὶ πάντα τὰ ἐμὰ σά ἐστι*, Πάτερ, *καὶ τὰ σὰ ἐμά*. Εἰ τοίνυν πάντα τοῦ Πατρὸς αὐτοῦ ἐστι, καὶ ἡ γνῶσις ἡ τοῦ Πατρὸς, πάντως αὐτοῦ ἐστι καὶ τοῦ Πνεύματος, ὡς μετ' ὀλίγον πλατυτέρως ῥηθήσεται.

## INTERROGATIO XVI.

Num igitur, si dixero, *Omnia quæcunque habet Pater, mea sunt*, etiam cognitionem habeo Patris, et consilium ejus novi?

## ΠΕΥΣΙΣ ΙϚ'.

Τί οὖν, ἐπειδὴ ἐγὼ λέγω, *Πάντα ὅσα ἔχει ὁ Πατὴρ, ἐμά ἐστιν*, ἆρα καὶ τὴν γνῶσιν ἔχω τοῦ Πατρὸς, καὶ τὴν βουλὴν αὐτοῦ οἶδα;

[60] Matth. xvii, 26. [61] Psal. cxxix, 1. [62] I Cor. ii, 12. [63] ibid., 10. [64] Psal. cxviii, 131. [65] Psal. l, 8. [66] Marc. xiii, 32. [67] Matth. xiii, 33. [68] ibid., 31. [69] I Cor. xv, 40. [70] I Cor. xiv, 7. [71] Joan. xvi, 15. [72] Joan xvii, 10.

'Απόκρισις.

Ἔροιμι κἀγὼ ὑμᾶς, ἀξιάγαστοι, Τίς μείζων, ἡ ἡμέρα καὶ ἡ ὥρα ἐκείνη, ἢ ὁ Πατήρ;

ΠΕΥΣΙΣ ΙΖ'.

Ὁ Πατὴρ δηλονότι, ὡς ἄναρχος καὶ προαιώνιος καὶ ἀκατάληπτός τε καὶ πάντων ποιητής.

'Απόκρισις.

Εἰ τοίνυν μείζων ὁ Πατὴρ τῆς ὥρας καὶ τῆς ἡμέρας καὶ πάντων, πῶς, τὸ μεῖζον ἐπιστάμενος ὁ Υἱὸς, τὸ ἔλασσον ἀγνοεῖ; καὶ τὸν ποιητὴν γινώσκων, καὶ συνεργῶν αὐτῷ ἐν πᾶσι, πῶς ἀγνοήσει τὰ ὑπ' αὐτοῦ ποιηθέντα; *Καθὼς γὰρ*, φησὶ, *γινώσκει με ὁ Πατὴρ, κἀγὼ γινώσκω τὸν Πατέρα*. Πῶς οὖν ἀγνοήσει τὸ ἧττον, ὁ τὸ μεῖζον ἐπιστάμενος;

ΠΕΥΣΙΣ ΙΗ'.

'Αλλ' ἡμεῖς νομίζομεν, καὶ τοῦ Υἱοῦ μείζον' εἶναι τὸν Πατέρα, καθὼς αὐτός φησιν· *Ὁ Πατήρ μου μείζων μού ἐστιν*.

'Απόκρισις.

Οὐχ ὅσιον οἴεσθε, μείζονα ὑπάρχειν τοῦ Υἱοῦ τὸν Πατέρα, ἢ περιφερείᾳ, ἢ ὄγκῳ, ἢ χρόνῳ, ἢ καιρῷ, ἢ ἀξίᾳ, ἢ ῥώμῃ, ἢ θεότητι, ἢ μεγέθει, ἢ ὕψει. Οὐδὲν γὰρ τούτων ἐν τῇ θείᾳ Τριάδι. 'Αλλὰ καθὸ Πατὴρ ὁ Πατήρ ἐστιν, οὕτω γνησιότητι ὁ Υἱὸς τὸν Πατέρα τιμᾷ. Οὐ γὰρ ὄγκῳ φέρεται τὸ Θεῖον, οὐδ' ὑπέρογκος εἶ(6) τοῦ Παιδὸς ὁ Πατήρ· οὐ χρόνοις ὑπόκειται, ἵνα ὑπέρχρονος ᾖ ὁ γεννήτωρ τοῦ γεννηθέντος· οὐδ' αὖ πάλιν τῷ ὕψει μερικῶς τάττεται ὁ Πατὴρ, πάντα περιέχων, ὑπ' οὐδενὸς δὲ περιεχόμενος, ἀμεγέθης ὑπάρχων καὶ ἄποσος.

ΠΕΥΣΙΣ ΙΘ'.

Εἰ οὖν ἴσος τῷ Θεῷ καὶ Πατρὶ ὁ Υἱὸς, καὶ ὡς ἐκεῖνος ἀγαθὸς, πῶς αὐτὸς λέγει, *Οὐδεὶς ἀγαθὸς εἰ μὴ εἷς ὁ Θεός*;

'Απόκρισις.

'Αλλ' οὐχ ἀρνούμενος ἑαυτὸν τῆς ἀγαθότητος, οὐδ' ὑπεκφερόμενος τῆς θεότητος μόνον φησὶν ἀγαθὸν ὑπάρχειν τὸν Θεὸν καὶ Πατέρα. 'Ακροτάτης δὲ στοργῆς καὶ ἀγαθότητος ἐναργὴς ἀπόδειξις, τὸ μὴ ἑαυτῷ, ἀλλὰ τῷ Πατρὶ ἀναφέρειν τὴν τιμὴν, φιλοπάτορας ἡμᾶς παιδεύων ὑπάρχειν. Αὐθαιρέτως γὰρ μετριάζων οὐ φιλοδοξεῖ, οὐδὲ τῷ ἀξιώματι κορυφοῦται κατὰ τοὺς σοβαροὺς καὶ ἀλαζόνας ἀμυδρᾶς ἐπιλελημμένους ἀρχῆς, διὰ τῆς πρὸς τὸ ἀμειδὲς καὶ δυσπρόσιτον τῇ τοῦ κήρυκος φωνῇ ἐξογκούμενοι, καὶ πρὸς ἀτίθασσον θῆρα μετατυπούμενοι· οὐχ ἡμερότητι καὶ φιλανθρωπίᾳ τὴν ἐξουσίαν κρίνοντες τῆς ἀλήκτου δόξης, εἰκότως ἐπαχθήσονται. Εἰ δὲ προχείρως πᾶν ἀγαθὸν ζωοποιεῖτε, πλείστους ἐν τῷ μέρει τούτῳ θεοὺς ἕξομεν, πολλαχοῦ τῆς θείας Γραφῆς μετὰ Θεὸν βοώσης ὑπάρχειν καὶ ἕτερα ἀγαθά· πῆ μὲν φάσκουσα ἀγαθὸν παῖδα πτωχὸν καὶ σοφὸν τὸν Σαμουὴλ, πῆ δὲ, ἀγαθὸς Σαοὺλ υἱὸς Κίσου, ὁ πρῶτος τοῦ Ἰσραὴλ ἄναξ. Καὶ τῇ Ἄννῃ ἀπαιδίᾳ καὶ στειρώσει ποτνιωμένῃ φησὶν ὁ Ἐλκα-

*Responsio.*

Merito interrogem et ego vos, o præclari, Quis major? num dies et hora illa, an Pater?

INTERROGATIO XVII.

Pater utique, qui est absque principio, et sæculis omnibus prior, et incomprehensibilis, et omnium conditor.

*Responsio.*

Si ergo major Pater, quam hora et dies ille, et quidem major omnibus: quomodo majus cognoscens Filius, ignorabit minus? qui et conditorem cognoscit, et operatur cum ipso in omnibus, quomodo ignorabit a se facta? *Quemadmodum*, inquit, *novit me Pater, etiam ipse novi Patrem* [83]. Quomodo igitur ignorabit minus, qui novit id quod majus est?

INTERROGATIO XVIII.

Atqui nos arbitramur etiam Filio majorem esse Patrem, quemadmodum inquit ipse: *Pater meus major me est* [84].

*Responsio.*

Non satis pie putatis majorem esse Filio Patrem, vel ambitus ratione, vel molis, vel temporis, vel dignitatis, vel roboris, vel divinitatis, vel magnitudinis, vel excellentiæ. Nihil enim ejusmodi in sancta Trinitate locum habet. Sed quatenus Pater, Pater est, legitimo quodam honore Filius Patrem afficit. Non enim mole quadam gestatur Divinitas, ut mole superet Filium Pater: neque tempori subjacet, ut prior tempore sit genitor genito: neque item sublimitatis habita ratione separatim ponitur Pater, qui omnia complectatur, ipse a nullo comprehensus, expers magnitudinis et quantitatis.

INTERROGATIO XIX.

Si igitur æqualis Deo ac Patri Filius est, et bonus quemadmodum ille, quomodo inquit ipse, *Nemo bonus est, præter unum Deum* [85]?

*Responsio.*

Non quod neget in semetipso bonitatem, neque de divinitate se eximens, solum inquit bonum esse Deum et Patrem. Summi nimirum amoris et bonitatis evidens argumentum est, non sibi, sed Patri deferre honorem, quo ipso nos amore parentes prosequi debere docet. Nam sponte de se modeste loquens, non inanem captat gloriam, neque dignitatis existimatione effertur, ut solent superbi et arrogantes, qui tenue ac obscurum imperium nacti eo ipso ad inamabiles mores, et omni a comitate in congressibus alienos per vocem præconis elati, immanem quamdam in feram mutantur, ideoque non ex mansuetudine ac humanitate perpetuæ gloriæ potestatem metientes, odium in sese non abs re concitabunt. Quod si temere quodvis bonum deificabitis, plurimos in hac parte deos habituri sumus, multis in locis clamante Scriptura sacra, secundum Deum et alia quædam esse bona, verbi gratia, quum quodam ait in loco [86], bonum fuisse

[83] Joan. x, 15. [84] Joan. xiv, 28. [85] Marc. x, 18. [86] I Reg. ii, 26.

(6) *Eἶ*. Lege ἐστι, vel, εἴη. Edit.

puerum et sapientem Samuelem: alibi vero [57], bonus erat Saul, filius Cisi, primus rex Israeliticorum. Et Annæ propter orbitatem ac sterilitatem ingemiscenti dicebat Elcana: *Quamobrem mæsto es animo? Nonne bonus tibi sum ego præ decem liberis* [58]? Sapiens autem in divinis Solomon: *Bonum est*, inquit, *in domum luctus ingredi* [59]. Et alibi dicitur: *Aperi cœlum, thesaurum tuum bonum* [60]. Item, *Bonus sermo præstat munere* [61]. Item, *Bonus canis qui vivit, potior est leone mortuo* [62]. Quod si leo maxime vivat, non tamen Deus erit, sicuti nec canis quidem vivus, nisi forte de ethnicis loquamur, apud quos et fontes, et cepæ, et flatus ventris non sine furore quodam inter deos referuntur.

νᾶ, *Τί λυπῇ; οὐκ ἀγαθός σοι ἐγὼ ὑπὲρ δέκα τέκνα;* Ὁ δὲ τῶν θείων σοφὸς Σολομών· *Ἀγαθόν*, φησί, *πορεύεσθαι εἰς οἶκον πένθους*. Καί, *Ἄνοιξον τὸν οὐρανὸν, τὸν θησαυρόν σου τὸν ἀγαθόν*. Καί, *Ἀγαθὸς λόγος, ὑπὲρ δῶμα*· καί, *Ἀγαθὸς κύων ζῶν, ὑπὲρ λέοντα τεθνηκότα*· εἰ δὲ καὶ ἔζη, οὐκ ἂν εἴη Θεὸς, ὥσπερ οὐδ' ὁ ζῶν κύων, εἰ μὴ παρ' Ἕλλησιν ἴσον, παρ' οἷς κρῆναι, καὶ κρόμμυα, καὶ γαστρὸς πνεύματα μεμηνότως ἐκθειάζονται.

## INTERROGATIO XX.

Quia supra pollicitus es, te latius dicturum de eo quod Christus norit diem illum, et horam consummationis, rationem ejus nobis reddito, nequando disputantibus nobis alio quodam modo nos superare queant, qui se nobis opponunt.

### *Responsio*

Est quidem jam de hoc breviter dictum; sed nihilominus magni facio vestram multiplicem de eo quæstionem. Sanctum illud Verbum, vivens et per se subsistens, Rex universæ creaturæ, Patris Filius genuinus, *splendor gloriæ, et expressa imago substantiæ* [63], coæternus, et in eodem sedens solio cum Patre, incorruptus judex viventium et mortuorum, vita de vita, lumen de lumine, sapientia de sapientia, ex divina scaturigine fons perennis, *flumen* quod absque defectu manat divinis gratiæ donis, *quod impetu suo lætificat civitatem Dei*, sicut est in carmine illo divino perscriptum [64]: *radix Jessæ*, sceptrum Davidis, *virga, et ortus ex ea* divinus ille *flos*, secundum vatem sacrum Isaiam [65]; leo, rex de tribu Judæ, secundum mysteriorum doctorem Mosem [66]; rationalis, secundum Isaiam [67], ovis; innocens agnus, secundum Jeremiam [68] in multis periclitatum, pro salute mundi immolatus; lapis improbatus a Judæis, qui in caput anguli Ecclesiæ gentium est positus, et totam cœtus ejus structuram conservat, secundum Davidem divinorum carminum auctorem [69]: *maximi consilii nuntius, Deus fortis*, ut inquit Isaias [70]; mortalis factus, manens Deus, non immutatus ratione naturæ, neque factus alius secundum divinitatem, Verbum illud incarnatum, et carne genitum, Verbum caro factum, quod tamen quod erat, mansit, non in hoc degenerans ratione naturæ (postquam enim intonuisset Joannes: *In principio erat Verbum* [71], omnemque personuisset creaturam, infert: *Et Verbum caro factum est* [72]; quibus verbis Verbum fuisse ante æternitatem, et positum supra omne tempus Deum, in eadem solii gloria cum Patre ostendit· et subsequentibus aliis, cum ait, *Caro factum est*, significat uniti cum Deo hominis ex Maria semper Virgine progressum): vivens igitur

## ΠΕΥΣΙΣ Κ'.

Ἐπειδήπερ ἀνωτέρω ἐπηγγείλω πλατυτέρως λέγειν περὶ τοῦ γινώσκειν τὸν Χριστὸν τὴν ἡμέραν καὶ τὴν ὥραν τῆς συντελείας, ἀπόδος ἡμῖν τὸν λόγον, μήποτε συζητούντων ἡμῶν, δυνηθῶσιν οἱ δι' ἐναντίας ἑτέρως ἡμῶν περιγενέσθαι.

### *Ἀπόκρισις.*

Ἤδη ἐν ἐπιτόμῳ εἴρηται περὶ τούτου· ἄγαμαι δὲ ὑμῶν τὴν ποικίλην περὶ τούτου ζήτησιν. Ὁ τοίνυν ἅγιος Λόγος, ὁ ζῶν, καὶ ἐνυπόστατος, ὁ Βασιλεὺς πάσης ἅμα κτίσεως, ὁ τοῦ Πατρὸς γνήσιος Υἱὸς, τὸ *ἀπαύγασμα τῆς δόξης, καὶ χαρακτὴρ τῆς ὑποστάσεως*, ὁ συναΐδιος καὶ σύνθρονος τοῦ Πατρὸς, ὁ ἀδέκαστος κριτὴς ζώντων καὶ νεκρῶν, ὁ ἐκ ζωῆς ζωὴ, ὁ ἐκ τοῦ φωτὸς φῶς, ὁ ἐκ τῆς σοφίας σοφία. ὁ ἐκ τῆς θείας κρήνης πηγὴ ἀένναος, ὁ *ποταμὸς* ὁ ἀπαθῶς ῥέων τὰ θεῖα αὐτοῦ χαρίσματα, ὁ *τοῖς ὁρμήμασιν εὐφραίνων τὴν πόλιν τοῦ Θεοῦ*, κατὰ τὴν θείαν μελῳδίαν, ἡ *ῥίζα τοῦ Ἰεσσαὶ*, τὸ σκῆπτρον τοῦ Δαβὶδ, ἡ *ῥάβδος, καὶ* τὸ *ἐξ αὐτῆς* θεῖον *ἄνθος* κατὰ Ἡσαΐαν τὸν θεσπέσιον, ὁ λέων, ὁ βασιλεὺς ὁ ἐκ φυλῆς Ἰούδα, κατὰ Μωσέα τὸν ἱεροφάντην, τὸ λογικὸν κατὰ Ἡσαΐαν πρόβατον, τὸ ἄκακον ἀρνίον, κατὰ Ἱερεμίαν τὸν πολυκίνδυνον, ὑπὲρ κόσμου σωτηρίας θυόμενον, ὁ λίθος ὁ ἀδόκιμος παρὰ Ἰουδαίοις, ὁ εἰς κεφαλὴν γωνίας τῆς τῶν ἐθνῶν Ἐκκλησίας τεθεὶς, καὶ πᾶσαν τοῦ θιάσου τὴν οἰκοδομὴν συντηρῶν, κατὰ Δαβὶδ τὸν μελῳδὸν, ὁ τῆς *μεγίστης βουλῆς ἄγγελος*, καὶ *Θεὸς ἰσχυρὸς*, ὡς φησὶν Ἡσαΐας, ὁ βροτὸς γενόμενος, μένων Θεὸς, μὴ τραπεὶς τὴν φύσιν, μὴ ἀλλοιωθεὶς τὴν θεότητα, ὁ σαρκωθεὶς Λόγος καὶ γεννηθεὶς ἐν σαρκὶ, ὁ Λόγος σὰρξ γενόμενος, κἀκεῖνο μείνας, οὐκ εἰς τοῦτο μεταπεσὼν τῇ φύσει (μετὰ γὰρ τὸ βροντῆσαι Ἰωάννην τὸ, *Ἐν ἀρχῇ ἦν ὁ Λόγος*, καὶ πᾶσαν καταχτυπῆσαι τὴν κτίσιν, τότε ἐπάγει, *Καὶ ὁ Λόγος σὰρξ ἐγένετο*, προαιώνιον μὲν καὶ ὑπέρχρονον Θεὸν, σύνθρονον τῷ Πατρὶ τὸν Λόγον δεικνύς· τὸ δὲ, *ἐγένετο*, ὕστερον δηλῶν τὴν θεανδρικὴν αὐτοῦ ἐκ τῆς ἀειπαιδος Μαρίας προέλευσιν)· ὁ τοίνυν ζῶν ἅγιος καὶ ἐνυπόστατος Λόγος, λαλῶν καὶ ἀκούων, οὗτος ἐν Εὐαγγελίοις θεηγορῶν φησιν, *Οὐδεὶς οἶδε τὴν ἡμέραν ἢ τὴν ὥραν ἐκείνην, οὔτε ἄγγελοι τῶν οὐρανῶν, οὔτε ὁ Υἱός*· ὅπερ οἰκονομικῶς φησι· καθὸ

[57] I Reg. XIII, 1. [58] I Reg. I, 8. [59] Eccle. VII, 3. [60] Num. XX, 6. [61] Prov. XV, 26. [62] Eccle. IX, 4. [63] Heb. I, 3. [64] Psal. XLV, 5. [65] Isa. XI, 1. [66] Gen. XLIX, 9. [67] Isa. LIII, 7. [68] Jer. XI, 19. [69] Psal. CXVII, 22. [70] Isa. IX, 6. [71] Joan. I, 1. [72] ibid. 14.

γὰρ παρῳχηκὼς ἔφην, εἰ παντὸς μεγέθους καὶ καταλήψεως ὑπέρτερον ὑπάρχοντα τὸν Πατέρα γινώσκων, πῶς τὴν ἡμέραν καὶ τὴν ὥραν ἐκείνην, ἀτμίδα ἤτοι χοῦν, καὶ ἔτι ἀδρανῆ καὶ ἀμυδρότερα πρὸς τὸ Θεῖον συγκρινόμενα, ἀγνοεῖ; διαῤῥήδην θεηγορῶν, *Οὐδεὶς γινώσκει τὸν Πατέρα εἰ μὴ ὁ Υἱός, οὐδὲ τὸν Υἱόν τις ἐπιγινώσκει, εἰ μὴ ὁ Πατήρ*. Ὡς γὰρ μέγας ὁ Πατὴρ γινώσκει τὸν Υἱόν, ὡς δὲ μέγιστος ὁ Παῖς γινώσκει τὸν Γεννήτορα, καὶ ἰσομέγεθες τὸ θεῖον Πνεῦμα ὑπάρχον γινώσκει τὸν Πατέρα, καὶ τὸν Υἱόν, ὑπ' ἀμφοῖν γινωσκόμενον. Δύο δὲ γνώσεις, διττὴν καὶ εἴδησιν ὑπὸ τῆς θείας Γραφῆς παιδευόμεθα· τὴν μὲν κατ' ἐνέργειαν, τὴν δὲ κατ' ὄψιν, καθὼς ἀμυδροῖς παραδείγμασι χρησάμενος ἀποῤῥήξω τὸν κάλων. εἴ τις ἀγνοεῖ, τῶν αἱρέσεων, ἀντισπώμενος ὑμᾶς τῆς βλασφήμου φάλαγγος. Οὕτως γὰρ αἰχμαλωτισθέντας βροτοὺς ὑπὸ τοῦ ποικίλου Βελιάρ, ἀνταιχμαλωτίζει Χριστὸς ἐπὶ σταυρῷ ὑψούμενος, κατὰ Δαβὶδ τὸν θεῖον μελῳδόν. Προεῖδε γὰρ ὁ θεσπέσιος τὸ σωτήριον πάθος καὶ τὴν ἡμῶν αἰχμαλωσίαν, δι' ὧν φησιν· *Ἀναβὰς εἰς ὕψος ᾐχμαλώτευσας αἰχμαλωσίαν, ἔδωκας δόματα ἐν ἀνθρώποις*. Τίνα ταῦτα; Τὴν εἰς Τριάδα πίστιν, καὶ τῶν μυστικῶν τελετήν, καὶ ἐλπίδα τῆς ἀναστάσεως. Ἐπάγει δ' αὖθις ἡ τῶν θείων μελῳδία· *Καὶ γὰρ ἀπειθοῦντας τοῦ κατασκηνῶσαι*. Τίνα ἄρα καὶ ποῦ; Τοὺς ἐξ Ἰουδαίων καὶ Ἑλλήνων ἐν τῇ θείᾳ σκηνῇ τῆς Ἐκκλησίας. Ἀπειθῶν γάρ, παίων, καὶ σπαράττων λύκος Χριστιανούς, Παῦλος, ὁ νῦν τῆς Ἐκκλησίας στύλος, ἡ ὑψηλόφωνος τῆς πίστεως σάλπιγξ, ὁ πάλαι διώκων κακῶς, καλῶς τραπεὶς ἑκουσίως ὑπὲρ τῶν διωχθέντων μαστίζεται, ὁ παίων ῥαβδίζεται, ὁ ἀναιρῶν ὑπὲρ τῶν σφαγέντων αὐθαιρέτως καρατομεῖται, τῇ οὐρανόθεν φωνῇ καὶ πληγῇ τῶν ὄψεων πρὸς ταῦτα μεταπεσών, ἀντὶ Σαύλου Παῦλος ὑπὸ τοῦ ὠνησαμένου Χριστοῦ μετονομασθείς, ἵνα τὰ ἔθνη Χριστιανοὺς προσαγορεύσῃ.

illud sanctum et per se subsistens Verbum, loquens et audiens, in Evangelio divinitus illa verba protulit: *Nemo novit diem aut horam illam, nec angeli cœlestes, neque Filius* [73]: et quidem ratione administrationis suæ, ac secundum peculiarem sensum ea protulit. Ut enim superius a nobis dictum est, si omni magnitudine et comprehensione perceptioneque superiorem Patrem cognoscit, quomodo diem et horam illam nesciret, quæ sunt instar auræ pulverisque cujusdam, aut etiam levioris et tenuioris rei, si cum natura numinis illius divini compareniur? præsertim quum diserte dicat: *Nemo novit Patrem nisi Filius, neque Filium quisquam cognoscit, nisi Pater* [74]. Ut enim magnus ille Pater novit Filium, utque maximus ille Filius novit Genitorem: ita et æqualis magnitudine Spiritus ille sanctus novit Patrem et Filium, ab utrisque cognitus. De duabus autem cognitionibus duplicique notitia sacris in Litteris docemur; quarum alia quidem secundum actum, alia vero secundum faciem exsistit, quemadmodum obscuris exemplis utens funem ignorationis abrumpam, ac vos a sectarum blasphemo agmine revocabo. Sic enim captos a versuto Beliale mortales, vicissim captivos sibi reddit Christus, exaltatus in cruce, secundum Davidem vatem divinum. Prævidebat enim sanctus ille vir salutarem passionem et captivitatem nostram: et idcirco inquit: *Ascendisti in altum, captivam duxisti captivitatem; dedisti dona inter homines* [75]. Quænam illa? fidem in Trinitatem, et rerum mysticarum sacram administrationem, et spem resurrectionis. Subjicit autem rursus canticum divinum: *Sed et inobedientes ad habitandum* [76]. Quemnam et ubi? Eos qui sunt ex Judæis et gentibus, in sancto habitaculo Ecclesiæ. Inobediens enim ille, terrificus et discerpens Christianos lupus erat Paulus, qui nunc Ecclesiæ columna est, altisona fidei tuba; qui aliquando male persequebatur, recte conversus, spontanea voluntate pro iis qui persecutionem patiuntur, flagellatur; percutiens, virgis cæditur; interfector, pro occisis lubens capite truncatur: per auditam cœlitus vocem et oculorum plagam conversus, pro Saulo Paulus a redemptore Christo deinceps nominatur, ut gentibus Christianorum nomen inderet.

Ἀλλ' ἐπὶ τὸ προκείμενον τῷ λόγῳ παλινδρομήσωμεν, ὀξυτέρᾳ τῇ ὄψει τῆς διανοίας χρώμενοι, πρὸς τὴν κατανόησιν τῆς διττῆς γνώσεως καὶ εἰδήσεως. Φησὶ γοῦν ἡ θεία Γραφὴ περὶ τοῦ Ἀδὰμ καὶ τῆς Εὔας, μετὰ τὸ ἐξορμισθῆναι αὐτοὺς τοῦ παραδείσου, αἰδουμένους τοῦ ἀπηγορευμένου, *Ἔγνω Ἀδὰμ Εὔαν τὴν γυναῖκα αὐτοῦ, καὶ συλλαβοῦσα ἔτεκε*. Τί οὖν ἐροῦμεν; ὅτι ἐν παραδείσῳ ἠγνόει αὐτὴν ὁ φάσκων περὶ αὐτῆς, *Τοῦτο νῦν ὀστοῦν ἐκ τῶν ὀστῶν μου, καὶ σὰρξ ἐκ τῆς σαρκός μου*; Ἀλλ' ἐγίνωσκεν αὐτήν, ἐκεῖ μὲν τῇ ὄψει μόνῃ, ἐνταῦθα δὲ τῇ ὄψει καὶ ἐνεργείᾳ σωματικῇ. Καὶ Ἀβραὰμ ἔγνω Σάῤῥαν τὴν γυναῖκα αὐτοῦ, οὐκ ἀγνοουμένην πρὸ τῆς μίξεως. Καὶ περὶ τοῦ Δαβὶδ φησὶν ἡ τῶν Βασιλειῶν πυκτίς· *Ἐγήρασε Δαβίδ, καὶ ἔσκεπον αὐτὸν ἱματίοις, καὶ οὐκ ἐθερμαίνετο, καὶ ἐζήτουν παρθένον*

Sed enim ad propositum sermonem recurramus, acriore mentis aspectu utentes ad considerationem duplicis cognitionis et notitiæ. Inquit igitur Scriptura sacra de Adamo et Eva, quod postquam ejecti essent e paradiso, degustato fructu interdicto, cognoverit Adamus Evam uxorem suam, quæ, fetu concepto, pepererit [77]. Quid igitur dicemus? an quod in paradiso non cognoverit eam, qui de ipsa dicebat: *Hoc nunc os ex ossibus meis, et caro de carne mea* [78]? Omnino cognovit eam, illic quidem solo aspectu, hic autem et aspectu et actu corporali. Sic etiam Abrahamus cognovit Saram uxorem suam, non incognitam ante commistionem. De Davide perscriptum est in libro de Regnis: *Consenuit Davides, et operuerunt eum vestibus, nec tamen calefiebat. Igitur quærebant virginem, quæ cum ipso*

[73] Marc. XIII, 32. [74] Matth. XI, 27. [75] Psal. LXVII, 19. [76] ibid. [77] Gen. IV, 1. [78] Gen. II, 23.

*dormiret, et foveret eum. Et inventa est Abisa Sunamitis, quam non cognovit Davides dormientem secum* [79]. Num igitur propter hoc dicemus, quod neque aspectu neque attrectatione cognoverit eam? Sæpe autem nos quoque dicimus ad eos, qui nobis propter mulieres crimen intentant, devoventes nosmet, ac jurejurando purgantes, non novisse nos, sitne mulier illa, vel vir. Id quod actus quidem ratione dicere vere posse videmur, ex voce tamen et aspectu haud obscuram habemus maris vel feminæ cognitionem. Non ignorat igitur Filius diem et horam illam, cum omnia ejus signa prodigiaque terribilia prædicat, et quasi præsentem suis indiciis describat: verum noluit clarius respondere ad vanam illam quæstionem, adeoque prudenter omnibus ut ignota esset, instituit; quo nimirum quamlibet diem et horam illam esse arbitrantes, ad eam præparemur, et sobrie exspectemus ipsam venientem, ad compensationem atque remunerationem certaminum hujus vitæ. Absit igitur procul ea dementia, quæ ignorationem unius diei et horæ quodam cum delirio tribuit conditori sæculorum, *in quo sunt omnes thesauri sapientiæ* [80], quemadmodum sanctus ille Apostolus loquitur.

*συγκαθεύδειν αὐτῷ καὶ συνθάλπειν*. Καὶ εὑρέθη, φησὶν, *Ἀβισσὰ ἡ Σωναμῖτις, καὶ οὐκ ἔγνω αὐτὴν Δαβὶδ, συγκαθεύδουσαν αὐτῷ*. Ἆρ' οὖν παρὰ τοῦτο ἐροῦμεν μηδὲ τῇ ὄψει καὶ ἁφῇ γινώσκειν αὐτήν; Πολλάκις δὲ, καὶ ἡμεῖς φαμὲν πρὸς τοὺς περὶ γυναικῶν ἐγκαλοῦντας, ἐπαρώμενοι αὐτοῖς, καὶ ἐξομνύμενοι μὴ ἐγνωκέναι αὐτὴν γυναῖκα ὑπάρχειν ἢ ἄνδρα. Ἅπερ ἐπὶ μὲν τῆς ἐνεργείας ἀληθεύειν φανῶμεν, ἐκ δὲ τῆς φωνῆς καὶ ὄψεως πρόδηλον τὴν γνῶσιν τοῦ τε ἄῤῥενος καὶ θήλεος ἔχοντες. Οὐκ ἀγνοεῖ τοίνυν ὁ Υἱὸς τὴν ἡμέραν καὶ τὴν ὥραν ἐκείνην, πάντα αὐτῆς τὰ σημεῖα καὶ φόβητρα προφαίνων, καὶ οἱονεὶ παροῦσαν αὐτὴν τοῖς γνωρίσμασι διαγράφων· ἀλλ' οὐκ ἐβούλετο σαφηνίζειν τὴν εἰκαίαν ἐρώτησιν, ἀγνοεῖσθαι δ' αὐτὴν πᾶσιν εἰκότως προμηθεύεται, ὥστε πᾶσαν ἡμέραν καὶ ὥραν, ἐκείνην οἰομένους, παρασκευάζεσθαι πρὸς αὐτὴν, καὶ νηφόντως καραδοκεῖν αὐτὸν ἥκοντα πρὸς ἔκτισιν τῶν ἐπάθλων τοῦδε τοῦ βίου. Ἄπαγε τοίνυν τῆς ἀνοίας, ἄγνοιαν μιᾶς ἡμέρας καὶ ὥρας καταληρῶν τοῦ ποιητοῦ τῶν αἰώνων, *ἐν ᾧ πάντες οἱ θησαυροὶ τῆς σοφίας ὑπάρχουσι*, καθὼς φησὶν ὁ ἱερὸς Ἀπόστολος.

## INTERROGATIO XXI.

Quid igitur? num aliter illam cognoscit Pater, et aliter Filius?

*Responsio.*

Non aliam quidem dicimus cognitionem Patris, aliam vero Filii et Spiritus, sed aliud quidem actu præteritum, aliud vero in futurum reservatum. Cognoscit enim Pater illam horam duplici cognitione et actu; alia quidem quod tanquam opifex crearit, alia vero quod decreverit per unigenitum Filium judicare omnes. Cognoscit autem ipsam et Filius æqualiter cum Genitore, secundum scientiam et actum creationis, non tamen judicii. Nondum enim judicium exercuit, secretis iis qui vel inexstincto igni, vel voluptati æternæ destinati sunt: id quod non ignorantiæ, sed longanimitatis est, correctionis tempus flagitiosis præbentis. Quo quidem tempore quotquot a turpitudine non purgantur et evigilant, eorum miseriam decantans et deplorans Davides inquit: *Mutuum accipit peccator, et usuram non persolvet* [81]. Tempus hic scilicet divinæ longanimitatis significans, ac persolutionis voce intelligens pœnitentiam. Iterumque divinorum carminum auctor subjungit: *Justus autem miseretur, et dat* [82]. Quibus in verbis Deus est qui dat; tempus autem pœnitentiæ est id quod datur. Mutuum enim dans Deus hominibus, vel raro, vel vix, vel nunquam recipit, usque ad finem debitoris exspectans persolutionem. Mutuum autem accipiens, propter proximos misericordiam rursus multiplicans retribuit, cum cito

## ΠΕΥΣΙΣ ΚΑʹ.

Τί οὖν; ἄλλως μὲν γινώσκει ὁ Πατὴρ ἐκείνην, καὶ ἄλλως ὁ Υἱός;

*Ἀπόκρισις.*

Οὐχ ἑτέραν γνῶσιν φαμὲν τοῦ Πατρὸς, θατέραν δὲ τοῦ Παιδὸς καὶ τοῦ Πνεύματος (7), ἀλλὰ τὸ μὲν πραχθὲν, τὸ δὲ ταμιευόμενον. Γινώσκει γὰρ ὁ Πατὴρ ἐκείνην τῇ διττῇ γνώσει καὶ πράξει, τῇ μὲν δημιουργήσας, τῇ δὲ κρίνας διὰ τοῦ γνησίου Παιδὸς κρῖναι πάντας. Γινώσκει δ' αὐτὴν καὶ ὁ Υἱὸς ἴσα τῷ Γεννήτορι κατ' εἴδησιν καὶ πρᾶξιν δημιουργικὴν, οὐ μέντοι κριτικήν· οὔπω γὰρ ἔκρινεν, τοὺς μὲν πυρὶ ἀσβέστῳ, τοὺς δὲ τρυφῇ ἀλήκτῳ ἀποκρίνας. Οὐκ ἀγνοίας δὲ τοῦτο, ἀλλὰ μακροθυμίας, καιρὸν διορθώσεως τοῖς μοχθηροῖς παρεχομένης, ἐν ᾧ τοὺς μὴ καθαιρομένους τὸ αἶσχος καὶ ἐκνήφοντας ἐκτραγῳδῶν καταυλίζων ὁ Δαβὶδ φησιν· *Δανείζεται ὁ ἁμαρτωλὸς, καὶ οὐκ ἀποτίσει*· δάνος τὸν καιρὸν τῆς θείας μακροθυμίας δηλῶν, ἔκτισιν δὲ τὴν μετάγνωσιν. Καὶ αὖθις ὁ θεῖος ἐπάγει μελῳδὸς, *Ὁ δὲ δίκαιος οἰκτείρει καὶ δίδωσιν*. Ὁ διδοὺς, Θεὸς, τὸ διδόμενον, μεταμελείας καιρός· δανείζων γὰρ Θεὸς βροτοῖς, σπανίως ἢ μόγις, ἢ οὐδ' ὅλως ἀπολαμβάνει, μέχρι τέλους τοῦ ὀφείλοντος ἀναμένων τὴν ἔκτισιν· δανειζόμενος δὲ διὰ τοὺς πέλας τὸν ἔλεον, αὖθις πολλαπλάσιον ἀντιδίδωσιν, ὀξέως εὐεργετεῖν, βραδέως κολάζειν εἰωθώς. Ἔτι γὰρ καὶ νῦν ἀσεβεῖς θεοστυγοῦσι, καὶ ἄπιστοι ταῖς θεουργίαις ἐπισκάζουσι, οὐδ' ἑτέρῳ τῆς διανοίας τὰς βάσεις ἐρίζοντες, καὶ ἡ ἀδικία κρατεῖ, καὶ ὁ κριτὴς μακροθυμεῖ, ἕως τῆς δευτέρας πρὸς ἡμᾶς

[79] III Reg. I, 1, 3, 4. [80] Coloss. II, 3. [81] Psal. XXXVI, 21. [82] Ibid.

(7) *Πνεύματος*. Sic rescripsimus pro Πατρός quod exhibent editi. Atque ita legebat interpres. Nam Πνεύματος - Πατρὸς, Πνεύματι - Πατρί aliaque hujusmodi, haud infrequenter librarii confundere consueverunt, ut præ cæteris observat Cotelerius *Monum. Eccl. Gr.* tom. II, p. 609.

φατήσεως, ἥτις ὑπάρχει τῆς ἡμέρας καὶ τῆς ὥρας ἐκείνης ἡ πρακτικὴ τῆς κρίσεως γνῶσις αὐτοῦ.

quidem benefacere, tarde vero punire consueverit. Nunc enim adhuc impii oderunt Deum, et increduli in divinis operibus claudicant, neque ulla alia re mentis gressus firmant; adeoque iniquitas superat, et judex longanimis est, usque ad secundum ad nos adventum, qui est diei et horæ illius nimirum judicii exercendi cognitio.

## ΠΕΥΣΙΣ ΚΒ'.

Καὶ πῶς αὐτὸς λέγει· *Πρὸς τὸν Θεόν μου καὶ Θεὸν ὑμῶν, καὶ Πατέρα μου καὶ Πατέρα ὑμῶν*; ἐκ τούτου δεικνὺς μὴ ἴσος ὑπάρχειν τοῦ Πατρὸς, λέγων, *Πορεύομαι πρὸς τὸν Θεόν μου*;

*Ἀπόκρισις.*

Ἀλλὰ μὴ πρὸς τὸ, ἧττον' ὑπάρχειν τοῦ Πατρὸς τὸν Παῖδα, καταπέσῃ ὑμῶν ἡ διάνοια, τῷ ῥήματι τῆς θεανδρικῆς αὐτοῦ οἰκονομίας προσκόπτουσα. Οὐ γὰρ πρὸ ταύτης φανεῖται φήσας ἐν τῇ Παλαιᾷ Πυκτῇ ἔτι ἀσώματος ὑπάρχων, *Πορεύομαι πρὸς τὸν Θεόν μου*· καὶ σαρκὶ δὲ ἐνωθεὶς, οὐχ ἧττον ὑπὸ τῶν προφητῶν θεολογεῖται· Ἡσαΐου μὲν βοῶντος· *Παιδίον ἐγεννήθη ἡμῖν καὶ ἐδόθη, οὗ ἡ ἀρχὴ ἐπὶ τοῦ ὤμου αὐτοῦ, καὶ καλεῖται τὸ ὄνομα αὐτοῦ, μεγάλης βουλῆς Ἄγγελος, Θαυμαστὸς σύμβουλος, Θεὸς ἰσχυρὸς, Ἐξουσιαστὴς, Ἄρχων εἰρήνης, Πατὴρ τοῦ μέλλοντος αἰῶνος*· τοῦ δὲ Δαβὶδ μελῳδοῦντος τὴν δευτέραν αὐτοῦ θεανδρικὴν ἐπιφοίτησιν, ἐπὶ κρίσει καὶ ἀνταμείψει πάντας συναγείρουσαν, *ὁ Θεὸς ἡμῶν ἐμφανῶς ἥξει*, ὁ Θεὸς ἡμῶν, καὶ *οὐ παρασιωπήσεται. Πῦρ ἐναντίον αὐτοῦ προπορεύσεται, καὶ κύκλῳ αὐτοῦ καταιγὶς σφόδρα*, τοὺς αἰτίους πρὸς τιμωρίαν συνελαύνουσα, καὶ τῷ φρικώδει καὶ ἀκλινεῖ παριστῶσα βήματι τοῦ ἐπὶ πάντων Θεοῦ καὶ Σωτῆρος ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ. Εἰκότως οὖν διὰ τὴν σωματικὴν οἰκονομίαν φησὶ, *Πορεύομαι πρὸς τὸν Θεόν μου*· διὰ δὲ τὴν κατὰ φύσιν τῆς θείας ἐκ τοῦ Πατρὸς γεννήσεως, *Πορεύομαι*, φησὶ, *πρὸς τὸν Πατέρα μου*. Θεὸς τοίνυν τῶν μαθητῶν καὶ Πατὴρ τοῦ Παιδὸς κατὰ φύσιν, Θεὸς δὲ τοῦ Υἱοῦ κατὰ σάρκα, καὶ Πατὴρ τῶν φοιτητῶν κατὰ χάριν.

## INTERROGATIO XXII.

Quomodo vero inquit ipse: *Ad Deum meum et Deum vestrum, et Patrem meum et Patrem vestrum*[83]? quo ostendit se non æqualem esse Patri, cum inquit, *Vado ad Deum meum?*

*Responsio.*

Nequaquam recidat eo mens nostra, ut putemus minorem esse Patre Filium, offensa hoc verbo, quod ratione administrationis uniti cum Deo hominis dicitur. Non enim ante hoc tempus eum constat sic locutum esse in Scriptura Veteri, cum adhuc esset incorporeus: *Vado ad Deum meum.* Imo etiam carni unito divinitas nihilominus a vatibus tribuitur, Isaia quidem clamante: *Puer natus est nobis, et datus est, cujus imperium super humerum ejus; et vocabitur nomen ejus, magni consilii Nuntius, Admirabilis consiliarius, Deus fortis, Dominator, Princeps pacis, Pater futuri ævi*[84]. Davides autem secundum uniti cum Deo hominis adventum canit, quo ad judicium et retributionem omnes excitabuntur: *Deus noster manifesto veniet*[85]; Deus, inquam, noster, nec tacite id fiet: *Ignis præcedet ante ipsum, et in circuitu ipsius vehemens procella*[86], impellens ad supplicium reos, quos terribili et incorrupto sistet tribunali ejus qui supra omnia exsistit, Dei scilicet ac Servatoris nostri Jesu Christi. Merito igitur propter administrationem in corpore suam, inquit, *Vado ad Deum meum.* Propter eam vero quæ secundum naturam divinæ ex Patre generationis est, *Vado*, inquit, *ad Patrem meum.* Deus igitur ille discipulorum est, et Pater Filii secundum naturam, et Deus idem Filii secundum gratiam.

## ΠΕΥΣΙΣ ΚΓ'.

Καὶ πῶς περὶ τοῦ Πατρὸς γέγραπται, *Οὐ πεινάσει, οὐ διψήσει, οὐδέ ἐστιν ἐξεύρεσις τῆς φρονήσεως αὐτοῦ*· περὶ δὲ τοῦ Υἱοῦ, ὅτι ἐπείνασε μετὰ τεσσαράκοντα ἡμέρας, πειρασθεὶς ἐν τῇ ἐρήμῳ, καὶ διψήσας ἐζήτει πιεῖν παρὰ τῆς Σαμαρείτιδος; πάλιν περὶ τοῦ Πατρὸς, *Οὐ κοπιάσει, οὐ νυστάσει, οὐδὲ ὑπνώσει ὁ φυλάσσων τὸν Ἰσραήλ*· ἐκοπίασε δὲ Ἰησοῦς ἐκ τῆς ὁδοιπορίας, καὶ ὑπνώττει ἐν τῷ πλοίῳ, ἅπερ οὐκ ἔστι Θεοῦ;

*Ἀπόκρισις.*

Ἄπαγε σαυτὸν τῆς νηπιότητος, ἄνθρωπε. Οὐ μόνον γὰρ πεινῆσαι κατεδέξατο ἐλθὼν ὁ ἐνυπόστατος καὶ ζῶν ἅγιος Λόγος, ἀλλὰ καὶ πέπονθε τῷ ἐξ ἡμῶν προσλήμματι, καὶ ὑπὸ ταφὴν τούτου γέγονε, πρῶτον μαστιχθεὶς τὸν νῶτον, καὶ δέσμιος τῇ ἑνώσει ἀναπεμφθεὶς Ἡρώδῃ ὑπὸ Πιλάτου. Εἶθ' οὕτως ῥαπίζεται παρειαῖς καὶ ἐμπτύεται. Ἀλλὰ καὶ ἐδάκρυσε, καὶ ἐν ἀγωνίᾳ γενόμενος ἵδρωσε· *καὶ ἐγένετο ὁ*

## INTERROGATIO XXIII.

Et qui fit, ut de Patre sit scriptum: *Non esuriet, non sitiet, neque est invenire sapientiam ejus*[87]; de Filio autem, quod esurierit post quadraginta dies, tentatus in deserto, et quod sitierit, dum peteret a Samaritana potum? iterumque de Patre: *Non lassabitur, non dormitabit, neque dormiet custos Israelis*[88]: at Jesus defatigatus est ex profectione, et dormivit in navi: quæ utique Deo non competunt?

*Responsio.*

Apage sis cum hac tua dementia, mi homo. Non enim esurire modo sustinuit, per se subsistens illud vivum sanctumque Verbum, sed et passum est assumpta nostra natura, in qua et sepulturam subiit. Primum flagellis cæso dorso constrictum vinculis ad Herodem missum est a Pilato. Deinde colaphis in maxillas cæditur, et conspuitur. Sed et flevit, et in angore constitutum sudavit, *fuitque sudor*

[83] Joan. xx, 17. [84] Isa. ix, 6. [85] Psal. xlix, 3. [86] ibid. [87] Eccli. xviii, 5. [88] Psal. cxx, 4.

*ejus tanquam guttæ sanguinis. Et apparuit angelus qui corroborabat eum*, inquit divinus ille Lucas [89]. Quin etiam velut ignorans de Lazaro quærebat, *Ubi posuistis eum* [90]? Et de muliere profluvio sanguinis laborante, quæ clam per tactum fimbriæ abstulerat sanitatem : *Quis me tetigit* [91]? inquit; et ad Judæos qui ipsum comprehensuri erant, *Quem quæritis* [92]? ait. Et ad discipulos : *Quem me dicunt homines esse* [93]? Item, *Quot panes habetis* [94]? Cum nihil horum ignoraret, sicut exitus ipse rerum declarat : in Lazaro primum, quod ejus mortem prædicit, de quo apertius paulo post disseram, cum ad finem orationis me tempus compulerit; in muliere sanguinis profluvio laborante, contrectationis ipse sensus, et copiosum divinæ potestatis auxilium; in comprehensoribus, impetus et accessus causa, et horæ illius propinquitas, item quod interfectoribus dicit, *Ego sum* [95]: in eo quod quærit, quis hominibus esse videretur, hoc ipsum, quod Petrum ob exactissimam firmissimamque confessionem beatum prædicat; in panibus, de exiguis et paucis ingens multitudo reliquiarum. Cum enim quinque tantum essent, quinquies mille ad satietatem paverunt, ac præterea duodecim cophinos fragmentis repleverunt, postquam turba epulata erat, contactu et fractione illius aucti, qui in principio terræ mandaverat, ut triticum produceret, et aquis ut producerent omne genus natabile, ac quidquid ex eis nascitur.

## INTERROGATIO XXIV.

Quod si perfectus Deus est Christus, quomodo inquit evangelista, *Puer Jesus crescebat ac spiritu confirmabatur, et proficiebat tam sapientia quam ætate* [96]? Deus certe non crescit, neque proficit sapientia, neque confirmatur, ut antea infirmus.

*Responsio.*

Qui *est sapientia et potentia Dei et Patris*, ut inquit sanctus ille Apostolus [97], per dispensationem nostri similis incedit voluntaria demissione, sapientiam docens mortales, qui Adami plantavit aurem. Paulo autem superius oratione repetita, dilucidius ipsum demonstrabo Deum, qui citra conversionem et immutationem ullam propter nos mortales infans sit factus, et incrementum acceperit corporis, non divinitatis. Dicit igitur multa perpessus ille vates Hieremias : *Homo est; et quis cognoscet ipsum* [98]? quo innuit, ipsum Deum esse, qui tamen ignoretur ab iis qui crassiore sunt intellectu, neque possunt per incredulitatem capere cognitionem ejus; veluti qui oculis ægri sunt, per imbecillitatem aspectum solis tolerare nequeunt. Si vero homo erat, quomodo non cognoscebatur, quemadmodum nos? Omnis enim homo plane cognoscitur aut ex parentibus, aut ex cognatis et consanguineis, aut denique ex contubernalibus et domesticis. Ex nullo igitur eorum quæ in nobis sunt,

*ἱδρὼς αὐτοῦ ὡσεὶ θρόμβοι αἵματος, καὶ ὤφθη ἄγγελος, ἐνισχύων αὐτὸν*, φησὶν ὁ θεῖος Λουκᾶς. Ἀλλ' ὡς ἀγνοῶν περὶ Λαζάρου ἤρετο, *Ποῦ τεθείκατε αὐτόν;* Καὶ περὶ τῆς αἱμόῤῥου γυναικὸς, συλησάσης διὰ τοῦ κρασπέδου τὴν ἴασιν, *Τίς με ἥψατο;* φησί. Καὶ πρὸς τοὺς ζητοῦντας αὐτὸν Ἰουδαίους συλλαβεῖν, *Τίνα ζητεῖτε;* φησί. Καὶ τοῖς φοιτηταῖς φησὶ, *Τίνα με λέγουσιν οἱ ἄνθρωποι εἶναι; Πόσους ἄρτους ἔχετε;* οὐθ' ἕτερον τούτων ἀγνοῶν, ὡς τὸ πέρας τῶν δρωμένων παρίστησι· τοῦ μὲν Λαζάρου ἡ θανάτου πρόῤῥησις, περὶ ἧς λευκότερον μικρὸν ὕστερον διαλέξομαι, τῆς ὥρας ἐπὶ τὴν παῦλαν τοῦ λόγου συνωθούσης· περὶ δὲ τῆς αἱμόῤῥου, ἡ τῆς ψαύσεως αἴσθησις, καὶ ἡ τῆς δυνάμεως ἄφθονος ἐπικουρία· περὶ δὲ τῶν συλληπτόρων ἡ τῆς ἐφόδου πρόφασις, καὶ ἡ τῆς ὥρας ἐκείνης ἐγγύτης, καὶ τὸ φῆσαι τοῖς μιαιφόνοις, *Ἐγώ εἰμι*· περὶ δὲ ὧν τοῖς βροτοῖς ᾤετο, ὁ τῷ Πέτρῳ ἐπὶ τῇ ἀκριβεστάτῃ καὶ ἀραρότι ὁμολογίᾳ ἐπαχθεὶς μακαρισμός· περὶ δὲ τῶν ἄρτων, ἡ ἐξ ἀμυδρῶν καὶ βραχέων ἄπειρος πληθώρα τῶν λειψάνων· πέντε γὰρ ὄντες, πεντακισχιλίους εἰς κόρον διέθρεψαν, δώδεκα κοφίνους κλασμάτων μετὰ τὴν ἑστίασιν τοῦ ὄχλου πληρώσαντες, τῇ ἀφῇ καὶ κλάσει αὐξόμενοι τοῦ προστάξαντος ἐν ἀρχῇ τῇ χέρσῳ πυρὸν βλαστῆσαι, καὶ τοῖς ὕδασιν ἐκβράσαι πᾶν γένος πλωτὸν, καὶ πᾶν ὁτιοῦν ἐξ αὐτῶν φύεται.

## ΠΕΥΣΙΣ ΚΔ'.

Καὶ εἰ τέλειός ἐστι Θεὸς ὁ Χριστὸς, πῶς ὁ εὐαγγελιστὴς λέγει· *Τὸ δὲ παιδίον Ἰησοῦς ηὔξανε καὶ ἐκραταιοῦτο πνεύματι, καὶ προέκοπτε σοφίᾳ καὶ ἡλικίᾳ;* Θεὸς οὐκ αὔξει οὐδὲ προκόπτει σοφίᾳ, οὐδὲ κραταιοῦται ὡς ἀσθενής.

*Ἀπόκρισις.*

*Σοφία καὶ δύναμις τοῦ Θεοῦ Πατρὸς* ὑπάρχων, καθὰ φησὶν ὁ ἱερὸς Ἀπόστολος, οἰκονομικῶς καθ' ἡμᾶς διαφοιτᾷ, αὐθαιρέτῳ μετριότητι σοφίαν παιδεύων βροτοὺς, ὁ τοῦ Ἀδὰμ φυτεύσας τὸ οὖς. Βραχὺ δὲ ἀναλαβὼν τὰ εἰρημένα, σαφέστερον τὸν ἐμὸν ἀποδείξω Θεὸν, ἀτρέπτως καὶ ἀμεταβλήτως διὰ βροτοὺς βρέφος γενόμενον, καὶ αὔξησιν προσδεξάμενον σώματος, οὐ θεότητος. Φησὶ γοῦν ὁ πολυκίνδυνος τῶν προφητῶν Ἱερεμίας, *Ἄνθρωπός ἐστι, καὶ τίς γνώσεται αὐτόν;* ἐκ τούτου δηλῶν ὅτι Θεός ἐστι, λανθάνων τοὺς παχυτέρους τὴν διάνοιαν, καὶ οὐχ οἵους τε ὄντας δι' ἀπιστίαν χωρῆσαι τὴν γνῶσιν, καθὰ τοὺς βαρυωποῦντας, καὶ δι' ἀσθένειαν μὴ χωροῦντας τοῦ ἡλίου τὴν ὄψιν. Εἰ δὲ ἄνθρωπος ἦν, πῶς οὐκ ἐγινώσκετο καθ' ἡμᾶς; πᾶς γὰρ ἄνθρωπος γινώσκεται πάντως εἴτε ἀπὸ γεννητόρων, εἴτε ἀπὸ τῶν συγγενῶν καὶ ὁμαίμων, εἴτε ἀπὸ τῶν συσκήνων καὶ συνεστίων. Ἐξ οὐδενὸς τοίνυν τῶν καθ' ἡμᾶς ὁ προφήτης αὐτὸν παριστῶν φησὶν, *Ἄνθρωπός ἐστι, καὶ τίς γνώσεται αὐτόν;* ὅτι Θεὸς ὑπάρχων τοῦτο γενέσθαι ηὐδόκησε. Δι...

[89] Luc. xxii, 44, 45. [90] Joan. xi, 34. [91] Luc. viii, 45. [92] Joan. xviii, 4. [93] Matth. xvi, 13. [94] Matth. xv, 34. [95] Joan. xvii, 5. [96] Luc. ii, 40, 52. [97] I Cor. i, 24. [98] Jer. xvii, 9 sec. LXX.

δὲ καὶ δίψαν ὕδατος προσίεται, τὰ τοῦ σώματος ἀδιάβλητα πάθη· Μανιχαίων λύων τὴν ματαιότητα, δόκησιν καὶ φαντασίαν ποιουμένους τὴν οἰκονομίαν.

vates ipsum exprimens, inquit: *Homo est, et quis cognoscet eum?* Quoniam cum Deus esset, hoc tamen fieri voluit, famem et sitim æque admittit, quæ sunt corporis affectiones, expertes vitii ac reprehensionis; Manichæorum hoc ipso vanitatem refutans, qui opinionem et rem imaginariam esse statuunt ipsius in carne administrationem.

## ΠΕΥΣΙΣ ΚΕ'.

Ψυχὴν λέγεις ἔχειν τὸ σῶμα τοῦ Λόγου, ἢ ἀντὶ ψυχῆς τὴν θεότητα ἐνεργεῖν; Πολλοὶ γὰρ τοῦτο λέγουσι, καὶ πιθανὸν δοκεῖ.

### *Ἀπόκρισις.*

Εὐηθείας καὶ νηπιότητος, ἄψυχον οἴεσθαι τὸ τοῦ Θεοῦ καὶ Λόγου σῶμα. Ἀμφοτέροις γὰρ ἐξ ὧν ἡ βροτῶν φύσις συνίσταται, ὁ Λόγος ὑπερλόγως ἥνωται, ψυχῇ φημι καὶ σώματι, ἑκατέρῳ τμήματι εὐρωστίαν δωρούμενος. Θατέρου γὰρ αὐτοῦ λείποντος, ἀτελὴς ἡμῶν ἡ σωτηρία, ἢ τοῦ σώματος ἐν φθορᾷ μένοντος, ἢ τῆς ψυχῆς ἐν ᾅδῃ κατεχομένης.

## INTERROGATIO XXV.

Num animam tradis habere corpus Verbi, vel pro anima ipsa operatur divinitas? Hoc enim multi asserunt, et verisimile videtur.

### *Responsio.*

Stoliditatis et dementiæ est, inanimatum putare Dei Verbi corpus. Utrisque enim quibus humana natura constat, Verbum unitum est supra captum rationis nostræ, animæ inquam et corpori, utrique parti robur suppeditans. Alterutro enim si careat, inutile erit et alterum, et imperfecta salus nostra, dum vel manente in interitu corpore, vel anima detenta in orco.

## ΠΕΥΣΙΣ ΚϚ'.

Καὶ διὰ τί ὁ Ἰωάννης οὐ λέγει τοῦτο; Εἰπὼν γὰρ, *Ἐν ἀρχῇ ἦν ὁ Λόγος*, καὶ, *Ὁ Λόγος σὰρξ ἐγένετο*, οὐ προστίθησιν, ὅτι καὶ ψυχὴ ἐγένετο, ἢ ὅτι ἔλαβε ψυχήν.

### *Ἀπόκρισις.*

Εἰ ἄψυχον οἰηθῶμεν τὸ Κυριακὸν σῶμα, ἕψεται πάντως, παθητὴν ἀποφαίνειν τὴν θεότητα, ψυχῆς δίκην ἐν τῇ σαρκὶ διήκουσαν, πείνῃ τε καὶ δίψει, ὕπνῳ τε καὶ δάκρυσιν, ἀγωνίᾳ τε καὶ ἱδρῶτι φυσικῶς ὑποκύπτουσαν. Ἀκουστέον δὲ τοῦ θεσπεσίου Δαβὶδ περὶ τῆς θεανδρικῆς μελῳδοῦντος ψυχῆς, ἐκ προσώπου αὐτοῦ ἐκείνου, *Ὅτι οὐκ ἐγκαταλείψεις τὴν ψυχήν μου εἰς ᾅδου, οὐδὲ δώσεις τὸν ὅσιόν σου ἰδεῖν διαφθοράν.* Αὐτὸς δὲ ὁ Σωτὴρ ἐν Εὐαγγελίοις φησίν· *Ἐξουσίαν ἔχω θεῖναι τὴν ψυχήν μου, καὶ πάλιν λαβεῖν αὐτήν*· καὶ, *Ἐγώ εἰμι ὁ ποιμὴν ὁ καλὸς, ὁ τιθεὶς τὴν ψυχὴν αὐτοῦ ὑπὲρ τῶν προβάτων.*

## INTERROGATIO XXVI.

Quamobrem ergo Joannes id non indicat? Postquam enim dixisset, *In principio erat Verbum* [00], et, *Verbum caro factum est* [1], non addit, quod etiam anima factum sit, aut quod animam sumpserit.

### *Responsio.*

Si inanimatum esse cogitabimus Domini corpus, sequetur prorsus, passioni nos obnoxiam pronuntiare Divinitatem, animæ instar in carne se didentem, famem, sitim, somnum, lacrymas, angorem, sudoremque naturaliter perferentem. Audiatur autem Davides divinus ille vates, de anima personæ ex homine Deoque constantis, canens illius ipsius verbis: *Quoniam non derelinques animam meam in orco, neque permittes ut sanctus tuus videat corruptionem* [2]. Ipse vero Servator inquit in Evangelio: *Potestatem habeo ponendi animam meam, et rursus sumendi eam* [3]. Item, *Ego sum pastor ille bonus, qui ponit animam suam pro ovibus* [4].

## ΠΕΥΣΙΣ ΚΖ'.

Οὐκοῦν καὶ ὁ Πατὴρ ψυχὴν ἔχει; Ἡσαΐας γὰρ ἐκ προσώπου αὐτοῦ, περὶ Χριστοῦ φησιν· *Ἰδοὺ ὁ παῖς μου ὃν ᾑρετισάμην, ὁ ἀγαπητός μου εἰς ὃν εὐδόκησεν ἡ ψυχή μου.* Εἰ οὖν ἐξ ὧν εἶπεν ὁ Υἱὸς, ψυχὴν αὐτὸν νομίζεις ἔχειν, πάντως καὶ ἀφ' ὧν εἶπεν ὁ Πατὴρ, ψυχὴν αὐτὸν λέγωμεν ἔχειν. Ἀλλ' ὁ Πατὴρ οὐκ ἔχει, πάντως οὐδὲ ὁ Υἱός· εἰ δὲ ἔχει, ἐντεῦθεν δείκνυται ἀνόμοιος ὑπάρχειν τῷ Πατρί.

### *Ἀπόκρισις.*

Ἀλλ' οὐκ ἔχει ψυχὴν ὁ Πατὴρ, ἐπεὶ οὐδὲ σάρκα βροτῶν ὑπῆλθεν ἴσα τῷ Παιδί· οὐδὲ ἐπὶ σταυρὸν καὶ θάνατον ἧκεν, δι' ὧν καὶ χρεία σαρκὸς τῷ Λόγῳ, ὑπ' ἐκείνῃ κρατουμένῳ καὶ πάσχοντι, καὶ ἀντὶ θνητῶν, ἀθανάτους καὶ μάκαρας ἀεὶ ἐσομένους βροτοὺς ἀπεργαζομένῳ.

## INTERROGATIO XXVII.

Num igitur et Pater animam habet? Isaias enim in ipsius persona, de Christo inquit: *Ecce servus meus quem elegi, dilectus meus qui gratus et acceptus est animæ meæ* [5]. Si igitur ex iis quæ Filius loquitur, animam ipsum habere putas, omnino etiam ex iis quæ locutus est Pater, animam habere ipsum dixerimus. Quod si Pater non habet, nec Filius habebit. Sin autem habet, de hoc ipso liquet, quod Patri sit inæqualis.

### *Responsio.*

At non habet animam Pater, quod neque carnem humanam subiit cum Filio, neque crucem et mortem, propter quæ Verbum carne opus habuit, ut illa assumpta pateretur, ac pro mortalibus immortales et æternum beatos homines efficeret.

[00] Joan. I, 1. [1] ibid. 14. [2] Psal. xv, 10. [3] Joan. x, 18. [4] Joan. x, 14. [5] Isa. xLII, 1.

### INTERROGATIO XXVIII.

Sed quare non aperte Joannes et de anima dixit, quod assumpserit eam, sicut dicit de carne?

*Responsio.*

Num ergo, quia dicit Scriptura, quod fecerit Deus hominem, accepto de terra pulvere, nec addidit, quod fecerit caput, aut cerebrum, aut hepar, aut splenem, aut pulmonem: non quod cætera denique naturalia in nobis arcana fecerit, ideo privatos esse, et illis carere nos putabimus, quia non quævis minuta nostræ naturæ organa Litteræ sacræ recensent? Ut igitur in consideratione nostri ex parte totum cognoscitur, sic et sanctum Deum Verbum tam animæ quam corpori unitum esse credamus, ne inanimatum divinum illud corpus arbitrantes, Deo quasdam affectiones naturales tribuamus.

### ΠΕΥΣΙΣ ΚΗ'.

Καὶ διὰ τί μὴ φανερῶς εἶπεν Ἰωάννης, ὅτι καὶ ψυχὴν ἔλαβεν, ὡς περὶ τῆς σαρκὸς λέγει;

*Ἀπόκρισις.*

Ἆρ' οὖν, ἐπεί φησιν ἡ Γραφὴ, ὅτι ἐποίησεν ὁ Θεὸς τὸν ἄνθρωπον, χοῦν ἀπὸ τῆς γῆς λαβὼν, καὶ οὐ προσέθηκεν, ὅτι ἐποίησε κεφαλὴν ἢ ἐγκέφαλον, οὐχ ἧπαρ, ἢ σπλῆνα καὶ πνεύμονα, οὐχ ἕτερόν τι τῶν φυσικῶν μυστηρίων, παρὰ τοῦτο ἐρήμους καὶ ἀκτήμονας ἐκείνων ἑαυτοὺς οἰηθῶμεν, μὴ λεπτηγορούσης τῆς Γραφῆς τὰ φυσικὰ ἡμῶν ὄργανα; Ὡς γοῦν ἐφ' ἡμῶν ἀπὸ μέρους τὸ πᾶν διαγινώσκεται, οὕτως καὶ τὸν ἅγιον Θεὸν Λόγον ψυχῇ καὶ σώματι ἡνῶσθαι πιστεύσωμεν· ἵνα μὴ ἄψυχον τὸ θεῖον σῶμα δοκοῦντες, τῷ Θεῷ κατὰ φύσιν πάθη προσάψωμεν.

### INTERROGATIO XXIX.

Sed quomodo æqualis Patri secundum divinitatem est Christus, angori et sudori obnoxius, et ab angelo confirmatus, quemadmodum de ipso Lucas inquit [6], de quibus supra quæstione mota eorum declarationem præteriisti?

*Responsio.*

Per hæc manifesto docemur, non imaginarie, nec hominum opinione, sed re ipsa potius nobiscum unitum esse vivum illud et per se subsistens sanctum Deum Verbum, excepto solo peccato atque vitio, quæ cadere divinam in naturam nequeunt; nam angi animæ, sudare vero corporis esse dicimus; sanguineas autem guttas e carne effervescentes, puto, per emanantem liquorem, infusum nobis per aures venenum serpentis in transgressione divini in paradiso præcepti, per unionem Dei et Verbi a nostra natura abstergere, ne amplius sacrificiorum nidore et sanguine, filiorumque mactationibus a nobis colatur auctor ille malorum dæmon. Neque angelus corroborare, suumque creatorem confirmare mihi videtur. Quomodo enim famulus dominum confirmaret, aut spiritus petram corroboraret? Nam *petra erat Christus*, inquit divus ille Apostolus [7]. Et rursus, *Qui facit angelos suos spiritus* [8]. Item, *Absque omni controversia, minus a majore benedicitur et confirmatur* [9]. Ex quibus merito intelligatur, propter novum et inauditum miraculum victoriæ Christi quod secuturum erat, victorialem quamdam speciem angelum exhibere, Mosis legislatoris verba reipsa declarantem, qui ante mille et plures annos exclamat [10]: *Exsultate, cœli, cum eo*, quoniam id quod dejectum erat ad superna reduxit; *et adorent ipsum omnes angeli Dei*, cum sua loca hominum accessione augeri cernant; *exsultate, gentes, cum populo ejus*, et quotquot ex gentibus Enocho, Noe, Abrahamo, Isaaco, Jacobo, Josepho, Davidi, Christo et Ecclesiæ sunt additi, *quoniam sanguis filiorum ejus*, inquit, *vindicatur, et vindicabit, et retribuet ultionem inimicis, et odio*

### ΠΕΥΣΙΣ ΚΘ'.

Καὶ πῶς ἴσος τῷ Πατρὶ κατὰ θεότητα ὁ Χριστὸς ἀγωνίᾳ καὶ ἱδρῶτι συνεχόμενος, καὶ ὑπὸ ἀγγέλου ἐνισχυόμενος, καθὼς ὁ Λουκᾶς περὶ αὐτοῦ λέγει; καὶ ἀνωτέρω γὰρ τούτων κινηθέντων παρέδραμες τὴν διασάφησιν;

*Ἀπόκρισις.*

Σαφῶς ἐκ τούτων παιδευόμεθα, οὐ φαντασίᾳ καὶ δοκήσει, ἀληθείᾳ δὲ μᾶλλον τὰ ἡμέτερα ἡνῶσθαι τὸν ζῶντα καὶ ἐνυπόστατον ἅγιον Θεὸν Λόγον, πλὴν μόνης τῆς ἀνοσίου κακίας· ἀνεπίδεκτον γὰρ αὐτῆς τὸ θεῖον. Τὸ γὰρ ἀγωνιᾷν τῆς ψυχῆς, τὸ δὲ ἱδροῦν, τοῦ σώματός φαμεν· τοὺς δὲ αἱμώδεις θρόμβους τῆς σαρκὸς ἐκβραττομένους, δοκῶ, διὰ τῆς ἐκδιδομένης νοτίδος, τὸν ἐγχεθέντα ἡμῖν δι' ἀκοῆς ἰὸν τοῦ ὄφεως, ἐπὶ τῇ παραβάσει τῆς θείας ἐν παραδείσῳ ἐντολῆς, τῇ ἑνώσει τοῦ Θεοῦ, καὶ Λόγου, τῆς φύσεως ἡμῶν ἐκμύζεσθαι· ὥστε μηκέτι κνίσσαις καὶ αἵμασι καὶ παιδοκτονίαις ὑφ' ἡμῶν θρησκεύεσθαι τὸν ἀρχέκακον δαίμονα. Οὐδὲ ἄγγελος ἐπιῤῥωννύειν, καὶ σθεναρὸν ἀποτελῶν τὸν ἑαυτοῦ ποιητὴν ἐνισχύειν μοι δοκεῖ. Πῶς γὰρ οἰκέτης δεσπότην ἐνισχύσειεν, ἢ πνεῦμα πέτραν ὑποστερηνήσειεν (sic); Ἡ γὰρ *πέτρα ἦν ὁ Χριστὸς*, φησὶν ὁ θεῖος Ἀπόστολος. Καὶ πάλιν, *Ὁ ποιῶν τοὺς ἀγγέλους αὐτοῦ πνεύματα*· καὶ πάλιν, *Χωρὶς πάσης ἀντιλογίας τὸ ἔλαττον ὑπὸ τοῦ κρείττονος εὐλογεῖται καὶ ἐνισχύεται.* Ἐξ ὧν εἰκότως νοείσθω ὑπὲρ τοῦ μέλλοντος παραδόξου τῆς νίκης Χριστοῦ ἐπινίκιόν τι σχῆμα τὸν ἄγγελον ποιεῖν, ἔργῳ τὰ Μωσέως τοῦ νομοθέτου παριστῶντα ῥήματα, πρὸ χιλίων καὶ ἄνω χρόνων διαῤῥήδην βοῶντος· *Εὐφράνθητε, οὐρανοὶ, ἅμα αὐτῷ*, ὅτι τὰ κάτω ἄνω ἀνήγαγε, *καὶ προσκυνησάτωσαν αὐτῷ πάντες ἄγγελοι Θεοῦ*, τὰς σφῶν χώρας προσθήκῃ βροτῶν αὐξομένας ὁρῶντες· *Εὐφράνθητε, ἔθνη, μετὰ τοῦ λαοῦ αὐτοῦ*, οἱ ἐξ ἐθνῶν, τῷ Ἐνὼχ, τῷ Ἀβραὰμ, τῷ Ἰσαὰκ, τῷ Ἰωσὴφ, τῷ Δαβὶδ, τῷ Χριστῷ, τῇ Ἐκκλησίᾳ προστιθέμενοι, *ὅτι τὸ αἷμα τῶν υἱῶν αὐτοῦ*, φησὶν, *ἐκδικεῖται, καὶ ἐκδικήσει, καὶ ἀνταποδώσει δίκην τοῖς ἐχθροῖς, καὶ τοῖς μισοῦσιν*

[6] Luc. XXII, 44, 45. [7] I Cor. X, 4. [8] Psal. CIII, 4; Hebr. I, 7. [9] Hebr. VII, 7. [10] Deut. XXXII, 43 sec. LXX.

*αὐτὸν ἀνταποδώσει, καὶ ἐκκαθαριεῖ Κύριος τὴν γῆν τοῦ λαοῦ αὐτοῦ.* Ἀλλὰ καὶ ὁ ὑψηλὸς Ἀπόστολος, ἐπινικίως ἐνισχύων τῷ Χριστῷ, φησὶ, *Χριστὸς Θεοῦ δύναμις, καὶ Θεοῦ σοφία.* Καὶ πάλιν, ὡς νικητῇ πᾶσαν κτίσιν ποτνιᾶσθαι αὐτῷ παιδεύων, φησὶν, *Ἐν τῷ ὀνόματι Ἰησοῦ Χριστοῦ πᾶν γόνυ κάμψει ἐπουρανίων, καὶ ἐπιγείων, καὶ πᾶσα γλῶσσα ἐξομολογήσεται αὐτῷ.* Συμφώνως δὲ τούτῳ βροντόπαις Ἰωάννης, ἐπινικίως θεολογῶν τὸν Χριστὸν, φησί· *Καὶ ἐθεασάμεθα τὴν δόξαν αὐτοῦ, δόξαν ὡς Μονογενοῦς παρὰ Πατρός· πλήρης χάριτος καὶ ἀληθείας.* Τῷ δὲ ἀγγέλῳ ἑπόμενοι καὶ ἡμεῖς, οἷον ἐνισχύομεν ἐπινικίως τὸν Χριστὸν ἐν τῷ καιρῷ τῆς θείας τῶν μυστικῶν τελετῆς βοῶντες, *Ὅτι σὸν τὸ κράτος καὶ ἡ βασιλεία καὶ ἡ δύναμις καὶ ἡ δόξα.* Ἰδοὺ τὸ ἑνικὸν τῆς θείας φύσεως τοῦ Πατρὸς καὶ τοῦ Υἱοῦ, καὶ τοῦ ἁγίου Πνεύματος.

*proseqnentibus ipsum retribuet, et expurgabit Dominus terram populi sui.* Sed et eximius Apostolus victoriose in Christo se confirmans inquit: *Christus est Dei potentia et Dei sapientia* [11]. Et rursus tanquam ipsi victori omnem creaturam se suppliciter submittere docens, inquit: *In nomine Jesu Christi omne genu se flectet, cœlestium et terrestrium; et omnis lingua confitebitur ei* [12]. Cum hoc autem consentiens filius ille tonitrui Joannes, de Christo victoriose concionatur, in hæc verba: *Et conspeximus gloriam ejus, gloriam velut Unigeniti a Patre, qui plenus est gratia et veritate* [13]. Angelum autem et nos imitemur, quasi confirmantes victoriose Christum, tempore divinæ illius rerum mysticarum administrationis, clamantes: *Quia tua est potentia, et tuum est regnum, et potestas, et gloria* [14]. Ecce unitatem divinæ naturæ, nempe Patris, et Filii, et Spiritus sancti.

Ὅπερ νόμος καὶ τοῖς γυμνικοῖς ἀγῶσιν, εἴτ' ἐν σωμασκίαις, τοὺς ἀνδρείους καὶ ῥωμαλέους τῶν ἀθλητῶν, ἤτοι παγκρατείαις, τοὺς (8) ὑπὸ μειρακίων τινῶν καὶ κομιδῇ νέων, μηδέπω ἰούλοις τὰς παρειὰς σκιαζομένων, ὑποφωνεῖσθαι καὶ ἀλείφεσθαι, ὥστε αὐτοὺς σφριγῶντας στεῤῥοτέρως κατὰ τῶν ἀντιπάλων χωρεῖν· οὐχ ὅτι ῥώμης καὶ εὐσθενείας τοῖς ἀνδρείοις παρὰ τῶν ἀσθενεστέρων ἐντιθεμένης, ἀλλὰ νόμῳ καὶ ἀκολουθίας ἑκάστῳ δράματι προηγουμένων. Δεσποτείας πάντως νόμος ὑπὸ τῶν οἰκετῶν ἀλείφεσθαι, καὶ θωπεύεσθαι· πλήρωμα δὲ νόμου Χριστὸς, ὁ πάντων ὁμοῦ Δεσπότης· νόμος δὲ ἀγγέλοις, τὸν σοφὸν ποιητὴν καὶ δεσπότην θωπεύειν καὶ ὑποσαίνειν βοηθουμένους, οὐ βοηθοῦντας. Εἰ γὰρ τῆς παρ' ἐκείνων ἰσχύος ἐδεῖτο, πολλῷ μᾶλλον ἐν τῇ ἐρήμῳ τεσσαράκοντα ἡμερῶν ὑπὸ τοῦ διαβόλου πειραζόμενος ἐκείνης ἐδεήθη. Ἀλλ' οὐδέ που τῇ Γραφῇ τοῦτο εἴρηται· *Ἄγγελοι* γὰρ, φησὶ, *προσελθόντες* οὐκ ἐβοήθουν, ἀλλὰ *διηκόνουν αὐτῷ*· ὅπερ ἐναργῆ τοῦ μὲν τὴν δεσποτείαν, τῶν δὲ τὴν οἰκετείαν παρίστησι. Κατὰ οὖν τὸν ἀποδοθέντα λόγον νοείσθω τὰ περὶ τοῦ ἀγγέλου. Οὔτε γὰρ τὰ ἅγια Χερουβὶμ ἁγιασμοῦ προσδίδονται ἐν οὐρανῷ τῇ θείᾳ Τριάδι ἀσιγήτως τὸ *Ἅγιος, ἅγιος, ἅγιος*, ὅταν ἀναφωνοῦσιν· οὐδ' αὖ πάλιν, ἡμῶν ἐν τρισαγίῳ, *Ἅγιος ὁ Θεὸς, ἅγιος ἰσχυρὸς, ἅγιος ἀθάνατος*, ἐκβοώντων, ἁγιασμὸν ἢ ἰσχὺν ἢ ἀθανασίαν τὸ Θεῖον ἐνίεται.

Consimilis et in gymnicis certaminibus consuetudo est, sive in exercitiis corporum ac certaminibus, ut athletæ fortes atque robusti adolescentulorum et admodum juvenum, quibus adhuc nulla barbæ lanugine genæ conteguntur, acclamationibus excitentur et ungantur, quo vigore quodam aucti fortius in adversarios tendant. Non quod robur et fortitudo ab imbecillioribus suppeditetur fortibus, sed quod certa lege et ordine consueverint hæc præcedere. Dominii quidem certe lex est, ut a famulis heri ungantur atque colantur; legis autem plenitudo est Christus, qui omnium in universum Dominus est; angelis vero proposita lex est, ut sapientem illum conditorem et herum suum studiose colant atque demulceant, et ab eo juventur, non eum ipsi juvent. Nam si illorum robore indigeret, multo magis in deserto, dum quadraginta dies a diabolo tentaretur, indiguisset. Verum id sacris in Litteris nusquam traditur. *Angeli* enim *accedentes*, non auxiliabantur, sed *ministrabant ei* [15]. Id quod evidenter illius quidem dominium, horum autem subjectionem demonstrat. Secundum hanc igitur rationem expositam intelligantur ista de angelo. Neque enim sancti illi Cherubim quidpiam sanctitatis addentes in cœlo sanctæ Trinitati, sine intermissione, *Sanctus, sanctus, sanctus*, exclamant [16]: neque itidem dum nos in hymno sanctissimo canimus, *Sanctus Deus, sanctus fortis, sanctus immortalis*, vel sanctitatem aliquam, vel fortitudinem, vel immortalitatem divinitas recipit.

## ΠΕΥΣΙΣ Λ'.

Ἱκανῶς περὶ τῶν θείων προσταχθέντων σοι παρ' ἡμῶν διδαχθέντες, τὰς τῶν ἀνοήτων δεόμεθα λοιπὸν ἀνατραπῆναι φωνάς. Λέγουσι γὰρ ἀγνοεῖν τὸν Σωτῆρα τὸ τοῦ Λαζάρου μνῆμα, καὶ τὴν ἁψαμένην τοῦ κρασπέδου αἱμοῤῥ[ο]οῦσαν γυναῖκα, καὶ ὅτι οὐδὲ

## INTERROGATIO XXX.

Satis de iis quæ a nobis explicare jussus eras, edocti sumus: quod reliquum est, rogamus ut insipientium quorumdam voces subvertantur. Dicunt enim Servatorem ignorare Lazari sepulcrum, et mulierem profluvio sanguinis obnoxiam, cum fim-

[11] I Cor. I, 24. [12] Philipp. II, 10, 11. [13] Joan. I, 14. [14] Apoc. XII, 10. [15] Matth. IV, 11. [16] Isa. VI, 3.

(8) *Ἤτοι παγκρατείαις, τούς.* Hoc comma, ἤτοι παγκρατείαις, transferendum ante τοὺς ἀνδρείους, prætereaque delendus articulus τούς, ante ὑπὸ μειρακίων. Edit.

briam tangeret, non sensisse; præterea quod neque perfectus fuerit Deus : *Proficiebat* enim, *et confirmabatur sapientia, et ætate, et gratia*, ut inquit Evangelium [17].

*Responsio.*

Nolite committere ut quæ ratione administrationis in carne ab ipso dicta sunt, vobis occasionem blasphemiæ præbeant : nempe, *Ubi posuistis ipsum* [18]? aut, *Quis me tetigit* [19]? aut, *Quem quæritis* [20]? aut, *Quem me dicunt?* aut, quod *Puer crevit, et corroboratus est, et proficiebat sapientia et ætate* [21]. Nihil enim horum ignorationis crimen impingit ei, qui propter nos similis nostri factus est Deus Verbum. *Pater* enim *meus*, inquit, *usque ad hoc tempus operatur, et ego operor* [22]. Non quod deficiat quidquam in condito a nobis universitatis hujus opificio, quasi imperfecta sint creata sub aspectum cadentia, sed operamur, eam quæ consentanea virtuti est vitam hominibus suggerentes cum Deo Patre nostro, idque per eos, qui ab ipso jam ex conditione deteriore confirmati sunt in meliorem. Pater idem interrogabat primum parentem nostrum Adamum, postquam deliquisset, *Ubi es* [23]? Non ignorans ipsum latebras conatum quærere, vel quod oporteret terrore percelli transgressorem, sed quasi ridens ac subsannans clandestinam ipsius subductionem, et temerarii consilii stoliditatem, quod mox post fructus vetiti degustationem occultare se vellet. Itaque compellat ipsum is, quem nihil latere potest : *Ubi es*, tu qui putasti futurum, ut consilio serpentis deus evaderes, ubinam es? *Ubi es*, qui incredulus fuisti Deo, et credidisti inimico? Ne te abscondas, inquit : non enim ignorat, te immortalem et beatam vitam exuisse. Similiter igitur et Filius, ubi clausus jaceret Lazarus, non ignorabat. Nam ea de causa jam totum ante biduum, priusquam in Lazari patriam Bethaniam perveniret, *Lazarus*, inquit ad comites itineris, *amicus noster dormit, et vado ut excitem eum* [24], qui ante totos quatuor dies mortuus fetet. Quomodo igitur is qui ante accessum locorum ea quæ in iis locis acciderant norat, postquam corpore ad illa pervenit, ignorabat quæ præcognorat ipsius divinitas, secundum quam implebat universa? Nimirum certo quodam consilio quærebat, ut ea occasione ipsum demonstrarent Judæi ad sepulcrum congregati, iidemque testes fierent resurrectionis ejus qui fuerat mortuus : quo pacto illius, cujus sudario caput erat obligatum, facies amictu lintei tecta, pedes vinculis sepulcralibus constricti, jam per calvariam cernentis, ore diducto corrupti, lingua oculisque diffluentis : quo igitur pacto hujus anima per vocem opificis eminus attracta in corpus illud quod reliquerat, rursus immigrasset? Quomodo

τέλειος ἦν Θεός· *προέκοπτε γὰρ καὶ ἐκραταιοῦτο σοφίᾳ, καὶ ἡλικίᾳ καὶ χάριτι*, ὡς λέγει τὸ Εὐαγγέλιον.

*Ἀπόκρισις.*

Ἀλλὰ μὴ τὰ οἰκονομικῶς παρ' αὐτοῦ εἰρημένα, πρόφασις βλασφημίας ὑμῖν γένηται, τὸ, *Ποῦ τεθείκατε αὐτόν;* ἢ, *Τίς μου ἥψατο;* ἢ, *Τίνα ζητεῖτε;* ἢ, *Τίνα με λέγουσιν;* ἢ, ὅτι *Τὸ παιδίον ηὔξετο, καὶ ἐκραταιοῦτο, καὶ προέκοπτε σοφίᾳ καὶ ἡλικίᾳ.* Οὐδὲν γὰρ τούτων ἀγνοίας κατηγορεῖ, τῷ δι' ἡμᾶς καθ' ἡμᾶς γενομένῳ Λόγῳ Θεῷ· ἐκ τούτων δὲ μᾶλλον ἴσον τῷ Πατρὶ δεικνυμένῳ· *Ὁ Πατήρ* γάρ *μου*, φησὶν, *ἕως ἄρτι ἐργάζεται, κἀγὼ ἐργάζομαι*· οὐκ ἐκλείποντός τινος τῇ παρ' ἡμῶν τοῦ παντὸς δημιουργίᾳ, ἀτελοῦς τῆς κτίσεως ὁρωμένης· ἀλλ' ἐργαζόμεθα τὸν κατ' ἀρετὴν βίον, βροτοῖς ὑποτιθέμενοι τὸν ξὺν Θεῷ ἡμῶν Πατρὶ, διὰ τῶν ὑπ' ἐκείνου ἤδη ἐκ τοῦ χείρονος ἐπὶ τὸ κρεῖττον μεταῤῥωσθέντων. Ὁ Πατὴρ ἐπύθετο προπάτορος ἡμῶν παραβάντος Ἀδὰμ, *Ποῦ εἶ;* οὐκ ἀγνοῶν λανθάνειν πειρᾶσθαι, καὶ τὸ δεῖν κραδαίνεσθαι τὸν παραβάτην, ἀλλ' ὡσεὶ γελῶν καὶ χλευάζων αὐτοῦ τὴν ὑπαγωγὴν καὶ εὐήθειαν τῆς ἀβουλίας, αὖθις τῇ ἀγορεύσει τοῦ ἀπηγορευμένου κρύπτεσθαι πειρωμένου. Πρὸς ὃν φησιν ὁ ἄληστος, *Ποῦ εἶ*, ὁ δοκῶν ἐκθειάζεσθαι τῇ συμβουλίᾳ τοῦ δράκοντος; *Ποῦ εἶ*, ὁ ἀπειθήσας Θεῷ καὶ πιστεύσας ἐχθρῷ; Μὴ κρύπτου, φησὶν, οὐ γὰρ λήσῃ τὴν ἀκήρατον καὶ μακαρίαν ζωὴν ἐκδυσάμενος. Ὁμοίως οὖν ὁ Υἱὸς, ποῦ καθεῖρκτο Λάζαρος οὐκ ἀγνοῶν· πρὸ δύο γὰρ ἡμερῶν τοῦ φθάσαι ἐν Βηθανίᾳ τῇ ἐνεγκαμένῃ Λάζαρον, φησὶ τοῖς ἑπομένοις, *Λάζαρος ὁ φίλος ἡμῶν κεκοίμηται, καὶ πορεύομαι ἐξυπνῆσαι αὐτὸν*, ἤδη τετρήμερον ὀδωδότα, νεκρὸν ὑπάρχοντα. Πῶς οὖν πρὸ τῶν τόπων τὰ ἐν τόποις συμβαίνοντα ἐπιστάμενος, ἐπιβὰς ἐκείνοις σώματι, ἀγνοήσῃ ἃ προέγνω θεότητι καθ' ἣν ἐπιπληροῖ τὰ σύμπαντα; Ἀλλ' οἰκονομικῶς ἤρετο, ὥστε προφάσει τοῦ ὑποδεῖξαι Ἰουδαῖοι ἐπὶ τὸν τάφον συναγειρόμενοι, μάρτυρες αὐτοὶ τῆς ἀναστάσεως τοῦ τεθνηκότος γένωνται· πῶς σουδαρίῳ μὲν τὴν κεφαλὴν δεδεμένος, καὶ τῇ περιβολῇ τῆς ὀθόνης τὰς ὄψεις κεκαλυμμένος, κειρίαις τὰς βάσεις πεπεδημένος, ἤδη τῇ κράνῃ δεδορκὼς, καὶ τῷ στόματι σεσηρῷ (9) διεφθορὼς, τὴν γλῶτταν καὶ τὰς ὄψεις διεῤῥευκώς· πῶς τῇ φωνῇ τοῦ Δημιουργοῦ πόῤῥωθεν ἡ ψυχὴ ἕλκεται, καὶ τῷ ἀπολειφθέντι ἐνίεται σώματι; πῶς συνειλημμένων τῶν βάσεων, πηδῶν τοῦ τάφου, ἐξεκρούετο ἀλώβητος καὶ ἀνελλιπὴς ὁρώμενος, τῇ φωνῇ τοῦ Λόγου ἐπιῤῥωννύμενος, καὶ βοηθῷ πρὸς τὴν ἔξοδον χρώμενος (10); Δοκεῖ δέ μοι καὶ τῷ θανάτῳ ὑπονύττεσθαι πρὸς τὴν ὠκυτάτην ἔγερσιν, μήπως τῇ μελλήσει δευτέρας γενομένης ἐκ τοῦ Λόγου φωνῆς, πάντας ἀθρόως ἀπολύσῃ ἐκεῖ τελοῦντας· ὅπερ

[17] Luc. II, 40, 52. [18] Joan. XI, 34. [19] Luc. VIII, 45. [20] Joan. XVIII, 4. [21] Luc. II, 40, 52. [22] Joan. V, 17. [23] Gen. III, 9 [24] Joan. XI, 11.

(9) *Σεσηρῷ*. Lege σεσηρότι. Edit.
(10) *Πῶς σουδαρίῳ.. πῶς τῇ φωνῇ... χρώμενος;* Legere mallem sine interrogatione. Enumerantur enim, modo explicativo, circumstantiæ resurrectionis Lazari, quarum Judæos *μάρτυρας* γενέσθαι voluit Christus. Id.

καὶ μετὰ ἓξ ἡμέρας πέπονθεν ὁ δείλαιος, τοῦ φωνοῦντος πρὸς παλινζωΐαν τοὺς νεκροὺς, πρὸς αὐτὸν φοιτήσαντος, κατὰ τὴν προφητείαν Ἰὼβ, καὶ Ἡσαΐου, τῶν θεσπεσίων, πρὸ χιλίων ἤδη χρόνων διαῤῥήδην βοώντων, τοῦ μέν· *Ἦλθες ἐπὶ τῆς θαλάσσης, ἐν δ' ἴχνεσιν ἀβύσσου περιεπάτησας, ἀνοίγονταί σοι φόβῳ πύλαι θανάτου· πυλωροὶ δὲ ᾅδου ἰδόντες σε ἔπτηξαν.* Συμφώνως δὲ τούτοις ὁ θεῖος Δαβὶδ, ὁ τῶν θείων μελῳδός· *Ἄσατε τῷ Θεῷ, ψάλατε τῷ ὀνόματι αὐτοῦ· ὁδοποιήσατε τῷ ἐπιβεβηκότι ἐπὶ δυσμῶν· Κύριος ὄνομα αὐτοῦ.* Ὁδοποιεῖν δὲ ἑαυτοὺς τῷ Κυρίῳ παιδευόμεθα, καὶ οἰκοποιεῖν δι' ἐναρέτου πολιτείας, τὸ Θεῖον ἐπιδρύμενοι, μονὴ καὶ ναὸς αὐτοῦ γινόμενοι, καθὼς ἐν Εὐαγγελίοις, καὶ ἐν Παύλῳ θεηγορῶν, αὐτὸς ἀπεφήνατο. Δυσμὴ δὲ νοεῖται ἡ ἡμετέρα φύσις, καὶ τὸ ἐπίπονον τοῦ κόσμου χωρίον ταῖς ἡδοναῖς τῶν παθῶν σκιαζόμενον. Νοεῖται δὲ καὶ ὁ ᾅδης. Ἐν οἷς τὸ ἄϋλον καὶ ἄσκιον φῶς ἐναστράψαν, πάντα πρὸς τὸ κρεῖττον μετεστοιχείωσε, τὴν φύσιν ἀνεκαίνισε, τὸν κόσμον φαιδρύνας, τὸν ᾅδην σκυλεύσας πρὸς ἡμερότητα, καὶ τῶν ἐνεχομένων ἀπόλυσιν. Καὶ τὰ μὲν ἐκ τοῦ Δαβὶδ ἀμυδρῶς μοι ἔδοξε· τὰ δὲ τοῦ Ἰὼβ, καὶ Ἡσαΐου μετ' οὐ πολὺ ἀποδώσομεν, διὰ τὸ βραχὺ τῆς ὥρας νῦν ὑπερτιθέμενοι. Ἄμφω δὲ τὸ μέλλον, ὡς ἤδη πραχθὲν, ἐξεβόησαν ἀραρότως, τὴν ἔκβασιν τῆς σφῶν προῤῥήσεως ἐπιστάμενοι. Οἰκονομικῶς τοίνυν ἀγνοεῖν ὑπεκρίνετο πάσης ἅμα κτίσεως γινώσκων ἀπόῤῥητα, διὰ τῆς πεύσεως πλῆθος συνεγερθῆναι πρὸς τὴν ὑπόδειξιν, καὶ παρὰ τῶν ἐχθρῶν μαρτυρηθῆναι μᾶλλον τὸ παράδοξον.

item convolutis pedibus exsiliens sepulcro, egressus esset, dum illæsus et nulla corporis parte mutilatus cernitur, per vocem Verbi corroboratus, eoque ad egressum auxiliatore usus? Videtur autem mihi, ipsam quoque mortem quodammodo commoveri ad velocissimam istam excitationem, ne quando per cunctationem altera voce Verbi audita, mox universos apud se degentes solvere cogeretur: quale quiddam post sex dies accidit infelici, cum is qui ad reviviscendum vocat mortuos, ad mortem accederet, secundum divinorum vatum Jobi et Isaiæ prophetiam, ante mille annos luculente clamantium: *Ingressus es mare, et ambulasti in vestigiis abyssi; aperiuntur tibi cum terrore portæ mortis. Custodes januæ orci te videntes exhorruerunt* [25]. His autem consentiens divinorum carminum auctor Davides inquit: *Cantate Deo, psallite ipsius nomini, viam parate ei, qui ingreditur ad occasum: Dominus nomen ei* [26]. Viam autem nos ipsos Domino parare docemur, domumque facere per sanctam vivendi rationem, Numen ad nos velut in sacrarium recipientes, mansio et templum ipsius facti, ut in Evangelio [27] et Paulo [28] divinitus ipse docuit. Et intelligi per occasum potest natura nostra, et ærumnosa hujus mundi regio, quæ vitiorum voluptatibus obumbratur. Intelligi etiam potest orcus. Atque in his immaterialis et umbra carens illa lux irradians, omnia meliorem in statum redegit et transformavit. Naturam reparavit mundo illustrato, et orco spoliato, quo mitescat, et detentos apud se dimittat. Atque hoc quidem aliquo modo tecte mihi videtur innui a Davide. Verba autem Jobi et Isaiæ haud multo post explicabimus, nunc propter angustiam temporis ea differentes. Uterque autem id quod futurum erat, quasi jam factum pronuntiaverunt ratione conveniente, tanquam certi de vaticinii sui eventu. Secundum dispensationem igitur ignorare se simulavit, qui omnis in universum creaturæ cognoscit arcana, ut per interrogationem turba excitaretur ad monstrandum Lazarum, et ut ab ipsis inimicis tanto magis testimonium prodigiosæ rei perhiberetur.

## ΠΕΥΣΙΣ ΛΑ'.

Καλῶς τὸν περὶ Λαζάρου ἀκούσαντες λόγον, δεόμεθα ὑπὲρ τῆς αἱμοῤῥοούσης γυναικὸς, ἐκ ταύτης τεκμαιρομένων περὶ τῶν λοιπῶν τοῦ Σωτῆρος ἐπερωτήσεων.

### *Ἀπόκρισις.*

Καὶ ἐκ ταύτης παιδευόμεθα, ἴσον τὸν Παῖδα ὑπάρχειν τῷ Θεῷ καὶ Πατρὶ, καὶ οὐκ ἀγνοίᾳ, ἀλλ' οἰκονομίᾳ, κατ' ἐκεῖνον, πυθόμενον. Φησὶ γὰρ τῷ πρωτοφόνῳ Κάϊν, βασκανίᾳ τὸν ἀδελφὸν κτείναντι ἐπὶ τῇ προτιμήσει τῶν δώρων, ἐνδομυχοῦντος τοῦ φθόνου, καὶ θήγοντος τοῦ φόνου τὸ φάσγανον· *Ποῦ Ἄβελ ὁ ἀδελφός σου;* οὐκ ἀγνοῶν, ἀλλὰ καιρὸν μετανοίας μιαιφόνῳ μνώμενος. Ὁ δὲ, εἰς ἀπόνοιαν χωρήσας, *Μὴ φύλαξ τοῦ ἀδελφοῦ μου εἰμὶ ἐγώ;* φησίν. Αὖθις δὲ πρὸς αὐτὸν ἡ θεία φωνὴ ἐλέγχουσα, *Φωνὴ αἵματος τοῦ ἀδελφοῦ σου βοᾷ πρός με·* ἐξ ὧν δηλοῦται οὐκ ἀγνοίᾳ, ἀλλὰ φιλανθρωπίᾳ τὴν πεῦσιν ὑπὸ τοῦ Θεοῦ

## INTERROGATIO XXXI.

Satis bene hac de Lazaro ratione percepta, rogamus de muliere sanguinis profluvio laborante ut disseras, ut ex hac conjecturam faciamus etiam de cæteris interrogationibus Servatoris.

### *Responsio.*

Per hanc quoque docemur, æqualem Filium esse Deo et Patri, nec ob ignorationem, sed ex dispensatione certoque consilio, Patrem imitando, quærere. Inquit enim is ad primum homicidam Cainum, qui per invidiam interemit fratrem, propterea quod illius dona prælata essent, jam intus latente invidia, et gladium cædis exacuente: *Ubi est Abelus frater tuus* [29]? Non ignorans, sed cruento homicidæ occasionem pœnitentiæ suggerens. Ipse vero in amentiam versus: *Num custos ego*, inquit, *fratris mei sum* [30]? Rursusque ipsum divina vox redarguens inquit [31]: *Vox sanguinis fratris tui*

[25] Job xxxviii, 16, 17; Isa. xiv, 9. [26] Psal. lxvii, 5. [27] Joan. xiv, 23. [28] I Cor. iii, 16; vi, 16. [29] Gen. iv, 9. [30] ibid. [31] ibid. 10.

*clamat ad me.* Ex quibus manifestum fit, non ex ignorantia, sed ex amore et bonitate qua erga hominem præditus est, interrogationem a Deo et Patre ad crudelem homicidam institutam fuisse. Ad eumdem igitur modum et Filius, non quod ignoraret, sed ideo interrogavit, ne si ipse per se miraculum indicasset, crassioribus videretur superbire : neque item ipso tacente, jacturam faceremus miraculi, certo consilio interrogatione usus est, ut ipsa progrediens, prædicaret ejus pœnæ ac mali liberationem, quæ per fimbriæ attrectationem facta erat. Inquit enim evangelista [32] : *Videns mulier quod latere non posset, tremens venit, et adorans congemulabat.* Quin etiam ante adventum suum in carne ignorantiam præ se ferens, inquit ad Abrahamum : *Ubi est Sara uxor tua* [33] ? Quod si ignorasset, non sane reprehendisset eam, quæ in tabernaculo ridebat. Nam quod habetur, intra semet ipsam risisse Saram, modice ipsam risisse indicat. Confestimque trinus hospes a patriarcha susceptus, nominatim ipsam compellabat, eam quæ sterilis erat, fecundam fore promittens. Finis autem promissionis erat, natus ex hac Isaacus. Non enim figmentum, non creatura, non præterita, non præsentia, non futura, non quidquid nominari vel cogitari potest, Christum latet.

καὶ Πατρὸς τῷ μιαιφόνῳ προσάγεσθαι. Παραπλησίως οὖν καὶ ὁ Υἱὸς οὐκ ἀγνοῶν ἤρετο, ἀλλ' ἵνα μὴ δι' αὐτοῦ φήσας τὸ θαῦμα, δόξῃ τυφοῦσθαι τοῖς παχυτέροις τὴν διάνοιαν· μὴ δ' αὖ πάλιν, σιωπῶντος, ζημιωθῶμεν τὸ παράδοξον, οἰκονομικῶς τῇ πεύσει κέχρηται, ὅπως ἐκείνη προελθοῦσα κηρύξῃ τὴν ἐκ τῆς ψαύσεως τοῦ κρασπέδου γενομένην αὐτῇ λύσιν τῆς μάστιγος. Φησὶ γὰρ ὁ θεῖος εὐαγγελιστής, *Ἰδοῦσα ἡ γυνὴ ὅτι οὐ λέληθεν, τρέμουσα ἦλθεν, καὶ προσεκύνει αὐτῷ*, καὶ τὰ ἑξῆς. Ἀλλὰ καὶ τῆς πρώτης ἐνσάρκου πρὸς ἡμᾶς φοιτήσεως ἄγνοιαν προσποιούμενος, φησὶ τῷ Ἀβραὰμ, *Ποῦ Σάῤῥα ἡ γυνή σου ;* Εἰ δὲ ἠγνόει, οὐκ ἂν ἤλεγξεν ἔνδον ὑπάρχειν τῆς σκηνῆς, καὶ μειδιᾷν. Τὸ γὰρ, *Ἐγέλασεν ἐν ἑαυτῇ Σάῤῥα*, μειδιῶσαν αὐτὴν δηλοῖ. Καὶ ἀθρόως ἔντριτος ἐπιξενωθεὶς τῷ πατριάρχῃ, ἐκ προσηγορίας τὴν ξεναγὸν ἐπεζήτει, στεῖραν ὑπάρχουσαν παιδοποιεῖν ἐπαγγελλόμενος. Πέρας δὲ τῆς ἐπαγγελίας, Ἰσαὰκ ἐκ ταύτης ἐκφυόμενος. Οὐ γὰρ πλάσμα, οὐ κλῆσις, οὐ παρῳχηκότα, οὐκ ἐνεστῶτα, οὐ μέλλοντα, οὐχ ὁτιοῦν φραζόμενον ἢ νοούμενον Χριστῷ λέληθε.

## INTERROGATIO XXXII.

At quomodo ipse in ministri ordine et in famuli numero semet ipsum ponens dicit : *Nemo venit ad Patrem, nisi per me* [34] ?

### *Responsio.*

Verum oportet et eam vocem, quæ huic opposita est, a Christo audire : *Nemo*, inquit, *venit ad me, nisi Pater meus cœlestis traxerit eum* [35].

## ΠΕΥΣΙΣ ΛΒ'.

Καὶ πῶς αὐτὸς ἐν διακόνου τάξει καὶ ὑπηρέτου ἑαυτὸν ἐναριθμῶν λέγει, *Οὐδεὶς ἔρχεται πρὸς τὸν Πατέρα, εἰ μὴ δι' ἐμοῦ ;*

### *Ἀπόκρισις.*

Ἀλλὰ χρὴ καὶ ἀντίθετον ταύτης παρὰ Χριστοῦ ἀκοῦσαι φωνήν· *Οὐδεὶς*, φησὶν, *ἔρχεται πρός με, εἰ μὴ ὁ Πατήρ μου οὐράνιος ἑλκύσει αὐτόν.*

## INTERROGATIO XXXIII.

Sed non est idem, *per me*, et, *trahere*. Nam *per me*, ejus est qui subjectus est : *trahere* vero, qui propria potestate cogit.

### *Responsio.*

Quid igitur est, quod *ad Adamum Deus adducit animalia, ut videret quid vocaret ea*, sicut inquit liber de creatione rerum [36] ? Num propterea audebis ministrum et famulum nominare Deum ?

## ΠΕΥΣΙΣ ΛΓ'.

Ἀλλ' οὐ ταὐτόν ἐστι, τὸ, *δι' ἐμοῦ*, καὶ τὸ, *ἑλκύσει*. Τὸ γὰρ, *δι' ἐμοῦ*, πείθοντός ἐστι· τὸ δὲ, *ἑλκύειν*, ἀναγκάζοντος τοῦ αὐθεντοῦντος.

### *Ἀπόκρισις.*

Τί οὖν, *ἐπὶ τοῦ Ἀδὰμ ὁ Θεὸς προσάγει τὰ κτήνη, ἰδεῖν τί καλέσει αὐτὰ*, φησὶν ὁ τῆς δημιουργίας λόγος ; Τολμήσεις παρὰ τοῦτο διάκονον καὶ ὑπηρέτην τὸν Θεὸν ἀποφῆναι ;

## INTERROGATIO XXXIV.

Ergo si perfectus Deus erat Christus, quomodo *sapientia et ætate ipsum proficere* dicit Evangelium [37] ?

### *Responsio.*

Non debemus illa applicare divinitati. Secundum illam enim neque crescit, neque deficit ; non minuitur, non fit gloriosior, non major ; non insistit, non contrahitur. Proficit vero roboratus et crescens secundum naturam nostram in servili forma. Non enim plenitudo divinitatis imminuta est, neque secundum profectum humanum Deus est.

## ΠΕΥΣΙΣ ΛΔ'.

Καὶ εἰ τέλειος ἦν Θεὸς ὁ Χριστὸς, πῶς σοφίᾳ καὶ ἡλικίᾳ προκόπτειν αὐτὸν λέγει τὸ Εὐαγγέλιον ;

### *Ἀπόκρισις.*

Μὴ τῇ θεότητι ἐκεῖνα προσάψωμεν. Οὐ γὰρ αὔξει κατ' ἐκείνην, οὐδὲ λήγει, οὐ μειοῦται, οὐ δοξάζεται, οὐ κορυφοῦται, οὐχ ὑφίσταται, οὐ συνάγεται. Προβαίνει δὲ κραταιούμενος, καὶ αὔξων τῇ καθ' ἡμᾶς δουλικῇ μορφῇ. Οὐ γὰρ πλήρωμα ἠλαττώθη τῆς θεότητος, οὐδὲ κατὰ προκοπὴν ἐξ ἀνθρώπων γέγονε Θεός.

[32] Luc. VIII, 47. [33] Gen. XVIII, 9. [34] Joan XIV, 6. [35] Joan. VI, 44, 66. [36] Gen. II, 19. [37] Luc. II, 52.

## ΠΕΥΣΙΣ ΛΕ'.

Καὶ πῶς μὴ κτιστὸν εἴπομεν τὸν Υἱὸν, τοῦ Ἀποστόλου γράφοντος περὶ αὐτοῦ, *Δέξασθε τὸν ἀρχιερέα τῆς πίστεως ὑμῶν, πιστὸν ὄντα τῷ ποιήσαντι αὐτόν;* Καὶ, *Γνωστὸν ὑμῖν, πᾶς οἶκος Ἰσραὴλ, ὅτι τοῦτον τὸν Ἰησοῦν ὃν ὑμεῖς ἐσταυρώσατε, Κύριον καὶ Χριστὸν αὐτὸν ὁ Θεὸς ἐποίησε.* Καὶ Σολομὼν δέ φησιν, ἐκ προσώπου τοῦ Χριστοῦ πρὸς τὸν Θεὸν καὶ Πατέρα· *Κύριος ἔκτισέ με ἀρχὴν ὁδῶν αὐτοῦ εἰς ἔργα αὐτοῦ.*

### *Ἀπόκρισις.*

Καὶ ἀνωτέρω περὶ τούτων διαλαβὼν, τοῖς αὐτοῖς πάλιν κυλινδεῖσθαι ἀτοπίας ἂν εἴη, ἢ φιλοπαιδίας. Τὸ γὰρ, *ἐποίησεν αὐτὸν*, καὶ, *ἔκτισέ με*, τῇ σαρκὶ νοεῖσθαι δοκῶ ταῦτα. Ὁρῶμεν δὲ καὶ τὰς παραβολὰς μὴ ταὐτὸν ὑπάρχειν τοῖς παραβαλλομένοις. Ἐν γὰρ τῷ τῆς Παροιμίας τεύχει ταχθὲν ἴσμεν τὸ, *Κύριος ἔκτισέ με.* Παροιμίαι δὲ παρόδιά τινα ὑπάρχει ῥήματα, *οἶμος* γὰρ ὁδὸς τῇ ἔξω παιδείᾳ νοεῖται· ὥστε πάροδοι καὶ εἰκόνες τῶν πραγμάτων αἱ παραβολαὶ τυγχάνουσιν. *Ὁμοία, γὰρ, ἐστὶν βασιλεία τῶν οὐρανῶν κόκκῳ σινάπεως*, φησὶν ὁ Κύριος. Πῶς τοίνυν ἐν κόκκῳ πάντων σπερμάτων ἀμυδροτέρῳ ἄπειρα πλήθη, καὶ δῆμοι ἀγγέλων καὶ ἀρχαγγέλων χωρήσωσιν; Ἀλλὰ πάντως τῇ εἰκόνι ταύτῃ κέχρηται ὁ πάνσοφος Κύριος, ἢ διὰ τὴν εὐτελῆ τῆς ἑκουσίου πτωχείας, καὶ πρὸς τὴν ἡμετέραν βραχύτητα, συγκατάβασιν, δι' ἧς ἡμῖν σκιὰ, καὶ ἀνάψυξις τῶν ἀλγεινῶν τῆς παρούσης ζωῆς γίνεται· ἢ διὰ τὴν ἐν ἀρχῇ τοῦ εὐαγγελικοῦ ποιμνίου μετριότητα, ἢ διὰ τὴν τῆς Θεότητος τοῦ Λόγου δριμύτητα, δι' ἧς νιφάδες κινοῦνται δακρύων τοῖς ἡδέως καὶ ἁβρῶς δι' ἀρετῆς μετέχουσι τοῦ νοητοῦ τῆς μετανοίας σινάπεως· οὗ καὶ ὁ θεσπέσιος Δαβὶδ ἐμφορούμενος μελῳδεῖ, *Λούσω καθ' ἑκάστην νύκτα τὴν κλίνην μου, ἐν δάκρυσί μου τὴν στρωμνήν μου βρέξω.* Καὶ πάλιν, *Διεξόδους ὑδάτων κατέδυσαν οἱ ὀφθαλμοί μου·* ἢ διὰ τὴν μέλλουσαν θείαν κρίσιν δριμεῖαν ἐπάγεσθαι τοῖς ἡττημένοις τῷ χείρονι, καθὼς πάντῃ ἡ θεία Πυκτὴ διαμαρτύρεται, καὶ ἡ τῶν ἔξω παίδευσις διὰ Πλάτωνος τοὺς ἐν πυρὶ κωκυτοὺς ἀπειλεῖ. Ἢ διὰ τὴν ἄτμητον καὶ ἀδιαίρετον τοῦ Λόγου καὶ τῆς σαρκὸς ἕνωσιν καὶ μίαν ὑπόστασιν, οὐδενὶ λόγῳ ἢ ἐπινοίᾳ διαιρουμένην. Διεκπίπτει γὰρ αὖθις τῶν δακτύλων τῆς διανοίας τῶν διαιρούντων ὁ θεῖος τῆς βασιλείας κόκκος, βλασφήμων παλάμαις ἐγκλείεσθαι μηδὲ ὅλως ἀνεχόμενος. Ἀλλ' οὐδὲ σαφῶς τὸν παροιμιαστὴν Σολομῶντά τις ἐπίσταται, εἰ περὶ τοῦ Θεοῦ φησιν τὸ, *Κύριος ἔκτισέ με.* Εἰ δὲ καὶ οὕτως ἡμῖν ἐξελήφθη ἡ τοῦ Σοφοῦ ῥῆσις, δοκεῖ μοι τὴν θεανδρικὴν τοῦ Κυρίου σημαίνειν ἐπιφοίτησιν, φάσκων· *Κύριος ἔκτισέ με ἀρχὴν ὁδῶν αὐτοῦ, εἰς ἔργα αὐτοῦ, πρὸ τοῦ αἰῶνος ἐθεμελίωσέ με, πρὸ δὲ πάντων βουνῶν γεννᾷ με.* Πῶς οὖν τὸ γεννώμενον θεμελιοῦται, πῶς δὲ τὸ κτιζόμενον γεν-

## INTERROGATIO XXXV.

**Quomodo vero non dicemus creatum esse Filium, de ipso in Epistola dicente Apostolo : *Suscipite pontificem fidei vestræ, qui fidelis est ei qui constituit ipsum*[38]? Et, *Notum sit vobis, omnis domus Israel, quod hunc Jesum quem vos crucifixistis, Dominum et Christum Deus fecit*[39]** Sed et Salomon inquit in persona Christi ad Deum et Patrem : ***Dominus creavit me, initium viarum suarum ad opera sua*[40].**

### *Responsio.*

Cum etiam in præcedentibus de iisdem tractaverim, iisdem rursus implicari absurditatis fuerit aut lusus puerilis. Nam quod inquit, *fecit ipsum*, et, *creavit me*, de carne intelligi puto. Videmus autem et similitudines non idem esse cum rebus assimilatis. Nam in Parœmiæ volumine positum esse scimus illud, *Dominus creavit me.* Parœmiæ autem allusiones quædam sunt, in verbis sitæ; οἶμος enim viam in externa doctrina significat. Quapropter et allusiones et imagines rerum sunt parabolæ. *Simile est regnum cœlorum grano sinapis*, inquit Dominus[41]. Quomodo vero in grano sinapis omnium seminum minutissimo immensæ multitudines et nationes angelorum et archangelorum locum habebunt, nisi dicamus similitudine usum esse sapientissimum Dominum, idque vel propter humilem voluntariæ paupertatis et ad nostram tenuitatem demissionem, per quam nobis umbra et refrigerium fit dolorum præsentis vitæ; vel propter mediocritatem evangelici gregis, qui erat ab initio; vel propter divinitatis in Verbo acredinem, per quam cientur nives lacrymarum delicatis et mollibus per virtutem intellectuali pœnitentiæ sinapi participantibus : quo et divinus vates Davides se satiatum canit : *Lavabo singulis noctibus lectum meum, lacrymis meis stratum meum rigabo*[42]. Et rursus : *Decursibus aquarum submersi sunt oculi mei*[43]. Vel propter futurum divinum judicium, quod acerbum superveniet iis qui superati sunt a vitiis : quemadmodum ubique divina pagina perhibet, et externæ doctrinæ per Platonem ululatus lugubres in igni futuros minantur. Vel propter indivisam et inseparabilem Verbi et carnis unionem, et unam hypostasin, nullo verbo aut cogitatione separabilem. Nam illico excidit divinum regni granum per digitos mentis eorum qui dividunt, blasphemorum manibus includi nequaquam sustinens. Sed neque manifesto quisquam scire potest, num Parœmiarum scriptor Salomon de Filio Dei loquatur, cum ait, *Dominus creavit me :* vel etiamsi sic accipiatur sapientis illius viri dictum, videtur mihi significare adventum uniti cum Deo hominis, cum ait : *Dominus creavit me, initium viarum suarum ad opera sua. Ante ævum me fundavit, et ante omnes*

[38] Hebr. III, 1, 2. [39] Act. II, 36. [40] Prov. VIII, 22. [41] Matth. XIII, 31. [42] Psal. VI, 7. [43] Psal. CXVIII, 136.

*colles gignit me*[44]. Quomodo igitur genitum fundatur? aut quomodo creatum gignitur? Nam creatum genitum non est, et genitum creatum non est. Aliud enim est illud, et aliud hoc. Utraque vero videmus esse Filium : increatum quidem divinitate, creatum vero humanitate. Est autem frequens mos sacræ Scripturæ, ea quæ nobis propria sunt, indicare primum, et deinceps antiquiora. Sic enim facit et divinus Matthæus, ex propinquioribus ordiens annuntiare nobis Evangelium de Christo. *Liber*, inquiens[45], *generationis Jesu Christi, filii Davidis, filii Abrahami :* partim quidem Judæos alliciens, filios Abrahami sese falso prædicantes, et vane se jactantes propter viros sanctos, quorum vitæ rationem non imitabantur : partim vero rudiores per propinquiora in divinam cognitionem ducens, et in Evangelio deinde progrediens, orditur divina prædicare de Christo, quasi per scalam aliquam subducens ad diviniora nostrum intellectum. Inquit igitur rerum divinarum peritus ille Salomon : *Dominus creavit me, initium viarum suarum :* initium scilicet viæ justitiæ Evangelii, quod est secundum carnem nobis ex perpetuæ virginitatis matre Maria nativitas Dei Verbi, quod *ante ævum me fundavit.* Antequam circularis esset hebdomada sæculi præsentis, sexta die anima in Adamo fundata est ab opifice naturæ nostræ. Atque sic post sextam septima hujus sæculi constituitur dies, septies in semetipsam revoluta per totum præsens sæculum. Ad diviniora autem et antiquiora progrediens, inquit : *Ante omnes colles gignit me :* per colles, hoc loco, cœlos vel certe eas quæ supra cœlos sunt potestates significans. Non enim cœli, non angeli, non archangeli, non temporis qualitas aut quantitas, non sæculum, non aliud quidquam quod cogitari vel dici potest, antiquius est Filio. Nam ipse sæculorum conditor est, omniumque rerum in universum, aperte clamante Paulo : *Per quem et sæcula condidit*[46]; et, *In ipso creata sunt universa tam aspectabilia quam inaspectabilia, quoniam omnia per ipsum facta sunt*[47]. Creatur igitur ex Maria ratione carnis assumptæ, fundatur vero anima in creato corpore; utrisque autem unitus Verbo, creatus quidem cernitur homo, increatus autem intelligitur Deus ex increato Patre ac patrem non habente.

νᾶται; Τὸ γὰρ κτιστὸν οὐ γεννητὸν, τὸ δὲ γεννητὸν, οὐ κτιστόν· ἕτερον γὰρ ἐκεῖνο, θάτερον δὲ τοῦτο. Ἀμφότερα δὲ ὁρῶμεν ὄντα τὸν Υἱόν· ἄκτιστον μὲν θεότητι, κτιστὸν δὲ ἀνθρωπότητι. Ἀλλ' ἔθος πολλαχοῦ τῇ θείᾳ Γραφῇ τὰ ἐγγύτατα ἡμῖν πρῶτα σημαίνειν, καὶ τὰ ἀρχαῖα, δεύτερα. Οὕτω γὰρ καὶ ὁ θεῖος Ματθαῖος ποιεῖ, ἐκ τῶν ἐγγυτέρων καὶ εὐληπτοτέρων ἀρχόμενος ἡμῖν τὸν Χριστὸν εὐαγγελίζεται· *Βίβλος γενέσεως Ἰησοῦ Χριστοῦ, υἱοῦ Δαβὶδ, υἱοῦ Ἀβραάμ·* τοῦτο μὲν Ἰουδαίους ἐπισπώμενος, τέκνα τοῦ Ἀβραὰμ ὑπάρχειν ψευδηγοροῦντας, καὶ σεμνυνομένους εἰκῇ τοῖς θεσπεσίοις, ὧν τε τὴν πολιτείαν οὐκ ἐμιμήσαντο· τοῦτο δὲ νηπιάζοντος ἔτι τοῦ θιάσου ἐκ τῶν ἐγγυτέρων ἡμᾶς εἰς θεογνωσίαν ποδηγεῖ, καὶ προϊὼν τῷ Εὐαγγελίῳ θεολογεῖν τὸν Χριστὸν ἄρχεται, ὥσπερ διὰ κλίμακός τινος ἀνάγων ἡμῶν πρὸς τὰ θειότερα τὴν διάνοιαν. Φησὶ γοῦν ὁ τῶν θείων σοφὸς Σολομὼν, *Κύριος ἔκτισέ με ἀρχὴν ὁδῶν αὐτοῦ·* ἀρχὴν γὰρ ὁδοῦ τῆς δικαιοσύνης τοῦ Εὐαγγελίου, τὸ κατὰ σάρκα ἡμῖν ἐκ τῆς ἀειπαιδος Μαρίας γενέσθαι τὸν Θεὸν Λόγον, ὃς *πρὸ τοῦ αἰῶνος ἐθεμελίωσέ με.* Πρὸ τοῦ γενέσθαι τὴν κυκλικὴν ἑβδομάδα τοῦ παρόντος αἰῶνος, τῇ ἕκτῃ ἡμέρᾳ ἡ ψυχὴ ἐν τῷ Ἀδὰμ ἐθεμελιώθη παρὰ τοῦ οἰκοδόμου τῆς φύσεως ἡμῶν, καὶ οὕτως μετὰ τὴν ἕκτην ἡ ἑβδόμη τοῦ αἰῶνος δημιουργεῖται ἡμέρα ἑπτάκις ἀνακυκλουμένη εἰς ἑαυτὴν διὰ παντὸς τοῦ ἐνεστῶτος αἰῶνος. Ἐπὶ δὲ τὰ θειότερα καὶ ἀρχικώτερα προϊὼν, φησί· *Πρὸ δὲ πάντων βουνῶν γεννᾷ με·* βουνοὺς ἐνταῦθα τοὺς οὐρανοὺς, ἤτοι τὰς ὑπὲρ αὐτοὺς δυνάμεις δηλῶν. Οὐκ οὐρανοὶ γὰρ, οὐκ ἄγγελοι, οὐκ ἀρχάγγελοι, οὐ καιρὸς, οὐ χρόνος, οὐκ αἰὼν, οὐχ ἕτερόν τι νοούμενον ἢ φραζόμενον, πρεσβύτερον τοῦ Υἱοῦ. Αὐτὸς γὰρ ὑπάρχει ποιητὴς τῶν αἰώνων καὶ πάντων ὁμοῦ· Παύλου μὲν διαῤῥήδην βοῶντος τὸ, *Δι' οὗ καὶ τοὺς αἰῶνας ἐποίησε*, καὶ τὸ, *Ἐν αὐτῷ ἐκτίσθη τὰ πάντα, τά τε ὁρατὰ καὶ ἀόρατα, ὅτι πάντα δι' αὐτοῦ ἐγένετο.* Κτίζεται οὖν ἐκ Μαρίας τῷ προσλήμματι, θεμελιοῦται δὲ ψυχὴ ἐν τῷ κτιζομένῳ σώματι, ἀμφοῖν δὲ ὁ Λόγος καταλλήλως ἑνωθεὶς, κτιστὸς μὲν ὁρᾶται βροτὸς, ἄκτιστος δὲ νοεῖται Θεὸς, ἐξ ἀκτίστου Πατρὸς πατέρα μὴ ἔχοντος.

## INTERROGATIO XXXVI.

At quomodo ipse Filius creatum semetipsum ostendit, dicens : *Ego sum ostium ovium*[48], et *via*[49]? Similiter et a prophetis creatus esse innuitur; ab Isaia quidem, cum *lapis offensionis* dicitur, et *petra scandali*[50]; a Davide vero, columna ignis; et ab aliis, leo, ovis et alia quamplurima.

## ΠΕΥΣΙΣ ΛϚʹ.

Erit quidem creaturæ dissolutio, non omnimoda tamen sublatio, sed in melius transmutatio, quemadmodum ex Davide divino vate discimus, in hunc modum canente: *Ab initio tu, Domine, terram fundasti, et opera manuum tuarum cœli sunt; ipsi intereunt, tu autem permanes* [27]. Et rursus de generatione subjiciens, inquit: *Et omnes ut vestimentum veterascent, et velut pallium circumvolves eos, et mutabuntur* [28]. Deficientibus igitur ultra cœlestibus aquis, omnia simul liquescent abundantia ignis; nam stellæ cadent, ut de vite folia, inquit eximius ille inter vates Isaias [29]. In catholicis autem Epistolis Petrus inquit: *Elementa æstuantia solventur* [30]. Quod autem ad melius, et in statum deinceps non amplius desiturum omnia corroboranda sint, tradit

φλογὸς κορυφουμένης, ἄψαυστοι καὶ ἀμείωτοι διέμεινον, μᾶλλον ὑπὲρ τὸ πῦρ ἀστράπτοντες; Ὅπως δὲ μὴ δόξοιεν ἐκείνην κορυφοῦντες στύππῃ, καὶ πίσσῃ, καὶ νάφθῃ, καὶ κληματίδι, μαγείᾳ τινὶ ἢ φαντασίᾳ χαλινωθῆναι τὴν παμφάγον τοῦ πυρὸς δύναμιν, ἡ τοῖς ἔνδον συγχαίρουσα θειότης οἰκονομεῖ τὴν διὰ τοῦ στομίου εἰς τὸ ἄνω διαδρ[αμ]ουμένην φλόγα, ἐκδραμεῖν ἐπὶ τῆς χέρσου, καὶ τοὺς ἀπὸ τεσσαράκοντα ἐννέα πηχῶν πόῤῥω τῆς πυρκαϊᾶς καθεζομένους ὑπηρέτας καὶ θεατὰς καταφλέξαι, καὶ μέχρι κόνιος ἀποτεφρῶσαι. Πῶς δὲ Ἠλίας πυρίνῳ τεθρίππῳ εἰς οὐρανὸν ἀναπτερούμενος ἄφλεκτος διέμεινε μέχρι καὶ τῆς ἰδίας τριχός; Πῶς δὲ ἐκ τῆς ἀμιάντου βοτάνης θρυαλλὶς τῷ λύχνῳ ἐντιθεμένη, εἴκοσι ἐτῶν περίοδος ἀρκεῖ, τοῦ ἐλαίου μόνου ἀεὶ ἐξατμιζομένου τῷ λυχναίῳ πυρὶ, αὐτῆς ἀφθόρου μενούσης; Ἠρεμείτω οὖν ἐπὶ Θεοῦ τὸ πῶς. *Φωνὴ Κυρίου διακόπτει φλόγα πυρὸς*, φησὶν ὁ θεῖος μελῳδός. Ὥσπερ γὰρ ἐπὶ τῆς θάμνου ἐν τῇ ἐρήμῳ, καὶ ἐπὶ τῆς καμίνου ἐν Βαβυλῶνι, καὶ ἐπὶ Ἠλίου τοῦ προφήτου, καὶ τῶν λοιπῶν περαστῶν τὴν φλεκτικὴν τοῦ πυρὸς δύναμιν διατέμνει τὸ θεῖον πρόσταγμα, καταλλήλως διαιροῦν τὸ παρ' ἡμῖν ἀδιαίρετον, ὑποδεικνύν τε τῆς μελλούσης θείας κρίσεως τὸ ἀδέκαστον, τὸ φωτιστικὸν μὲν τοῦ γεεννικοῦ πυρὸς δικαίοις μέλλον ἀπονέμεσθαι, τὸ δὲ φλεκτικὸν τοῖς ἐναντίοις. *Ἡ γὰρ ἡμέρα ἐκείνη ἐν πυρὶ ἀποκαλύπτεται, καὶ ἑκάστου τὸ ἔργον ὁποῖόν ἐστι τὸ πῦρ δοκιμάσει*, φησὶν ὁ ὑψηλὸς Ἀπόστολος· συμφώνως δὲ τούτῳ Πέτρος ὁ τοῦ θιάσου κορυφαῖος· *Οἱ δὲ νῦν*, φησὶν, *οἱ οὐρανοὶ, καὶ ἡ γῆ, πυρὶ τεθησαυρισμένοι εἰσὶ, τηρούμενοι εἰς ἡμέραν κρίσεως καὶ ἀνταποδόσεως*. Τῶν οἰκετῶν δὲ τοὺς λόγους ἐπισφραγίζων ὁ Κύριος, ἐν Εὐαγγελίοις φησί· *Τότε ὁ Υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου ἀποστελεῖ τοὺς ἀγγέλους αὐτοῦ πανταχοῦ τῆς οἰκουμένης, καὶ συνάξουσι τοὺς ἁμαρτωλοὺς ἐκ μέσου τῶν δικαίων, καὶ βαλοῦσιν αὐτοὺς εἰς τὴν κάμινον τοῦ πυρός*.

### ΠΕΥΣΙΣ ΟΒ'.

Τί οὖν; οὐδέποτε ἔσται λύσις τῶν οὐρανῶν, καὶ τῶν φωστήρων ἐκείνων ἀφανισμός;

*Ἀπόκρισις.*

Ἔσται μὲν τῆς κτίσεως διάλυσις, οὐ παντελὴς δὲ ἀφανισμὸς, ἀλλὰ πρὸς τὸ κρεῖττον μεταποίησις· καθὼς ἐκ τοῦ θεσπεσίου Δαβὶδ παιδευόμεθα, μελῳδοῦντος· *Κατ' ἀρχὰς σὺ, Κύριε, τὴν γῆν ἐθεμελίωσας, καὶ ἔργα τῶν χειρῶν σού εἰσιν οἱ οὐρανοί· αὐτοὶ ἀπολοῦνται, σὺ δὲ διαμένεις*. Καὶ αὖθις ἐπάγων τὴν παλιγγενεσίαν, φησί· *Καὶ πάντες ὡς ἱμάτιον παλαιωθήσονται, καὶ ὡσεὶ περιβόλαιον ἑλίξεις αὐτοὺς, καὶ ἀλλαγήσονται*. Ἀποληγόντων τοίνυν τῶν ὑπερουρανίων ὑδάτων, τηνικαῦτα πάντα ἄρδην χωνευθήσεται τῇ ὑπερβολῇ τοῦ πυρός· οἱ γὰρ ἀστέρες πεσοῦνται, ὡς φύλλα ἐξ ἀμπέλου, φησὶν ὁ τῶν προφητῶν ὑψηλὸς Ἡσαΐας. Ἐν δὲ Καθολικαῖς φησὶ Πέτρος· *Στοιχεῖα δὲ καυσούμενα λυθήσονται*. Ὅτι δὲ πρὸς τὸ κρεῖττον καὶ λοι-

[23] Psal. xxviii, 7. [24] I Cor. iii, 13. [25] II Pet. iii, 7. [26] Matth. xxiv, 32; xiii, 49, 50. [27] Psal. ci, 23, 27. [28] ibid. 27. [29] Isa. xiii, 10. [30] II Pet. iii, 10.

τὴν ἀδιάλειπτον τὰ πάντα μεταῤῥωσθήσεται, φησὶν ὁ τῶν ἐνεστώτων καὶ μελλόντων θεῖος μελῳδός· *Ἐξαποστελεῖς τὸ Πνεῦμά σου, καὶ κτισθήσονται, καὶ ἀνακαινιεῖς τὸ πρόσωπον τῆς γῆς.*

## ΠΕΥΣΙΣ ΟΓ'.

Οὐκοῦν καὶ ἡ θάλασσα λήξει ποτὲ ἐπὶ τῆς συντελείας, τοσαύτη οὖσα, καὶ τὰ ὑπερουράνια ὕδατα; *Ἀνὰ μέσον ὕδατος καὶ ὕδατος γενηθήτω στερέωμα*, φησὶν ὁ Θεός.

*Ἀπόκρισις.*

Καὶ μάλα εἰκότως ἐκ τοῦ ὑψηλοῦ Ἡσαΐου παιδευόμεθα, λήγειν τὴν θάλατταν καὶ ἀφανίζεσθαι ἐπὶ τῆς συντελείας· φησὶ γὰρ πρὸς τὸν Θεὸν ὁ θεσπέσιος· *Ὁ λέγων τῇ ἀβύσσῳ· Ἐρημωθήσῃ, καὶ τοὺς ποταμούς σου ξηρανῶ.* Νοείσθω δὲ ἐκ μεταφορᾶς, ἄβυσσος μὲν κακίας ὁ διάβολος, ποταμοὶ δὲ οἱ ἐξ αὐτοῦ καὶ εἰς αὐτὸν ῥέοντες δαίμονες, τῆς μὲν ἐκαφρώσεως ἡμῖν θανατηφόρα, τῶν δὲ, κυμάτων δίκην κορυφουμένων, καὶ ἐφαλλομένων ἡμῖν ἀεὶ διὰ τῶν πειρασμῶν. Ἀρκοῦσαν δὲ μόνον τῇ τοῦ παντὸς συστάσει φύσιν τῶν ὑδάτων ὁ Κτίστης ἐμηχανήσατο· οὐ μόνον δὲ τῇ καταψύξει τῶν ὑπερκοσμίων ὑδάτων συντετήρηται τὸ στερέωμα, ἀλλὰ καὶ τὴν φλόγα τῶν φωστήρων πρὸς τὸ κάτω πέμπει, τῷ πεπηλημμένῳ (28) αὐτοῦ σώματι τὸ ἀνωφερὲς τοῦ πυρὸς πρὸς τὸ κάτω διακλῶν, καὶ εἰς ἀκτῖνας διαχέων τῷ πιεσμῷ, κατὰ τὴν εἰκόνα τῆς ἐν χερσὶν ἡμῶν λαμπάδος, ἄνωθεν πιεζομένης τῆς φλογὸς πίνακί τινι ἢ τηγάνῳ, καὶ εἰς ἀκτῖνας καὶ βολὰς διακλωμένης. Διὸ καὶ μετάρσιον τὸν ἥλιον ὁ πρὸ αὐτοῦ ἥλιος Χριστὸς ἐμηχανήσατο, ἐντεῦθεν τοῦ θέρους, ἐκεῖθεν δὲ χειμῶνος ἀνίσχοντα· ὅπως μὴ ἐπὶ πολὺ τῷ ἑνὶ προσδιατρίβοντα κλήματι (29), λυμήνασθαι τὴν ἀψῖδα τοῦ στερεώματος, ἢ παραφλέξαι τι τῆς διακοσμήσεως.

## ΠΕΥΣΙΣ ΟΔ'.

Τί οὖν; ἆρα καὶ τὰ ὑπερκόσμια ὕδατα ὁμοίως τοῖς θαλαττίοις εἰσὶ πικρά τε καὶ ἁλμυρὰ, καὶ βαρέα ἢ βρυώδη;

*Ἀπόκρισις.*

Ἡμιόλιον τοῦ παντὸς ὕδατος τὸ ἀνακριθὲν, οὐ μέντοι πικρότατον, ἢ βαρύτατον, ἢ δυσωδέστατον, κατὰ τὸ θαλάττιον· τὸ μὲν γὰρ οὐ ψαύει ὑποθέων ὁ ἥλιος, τὸ δὲ ἐπὶ πολὺ ἐπιλάμπων ἐξατμίζει καὶ ἀνιμᾶται ὅσον γλυκύτατόν τε καὶ πότιμον τῇ θαλάττῃ ἐγκρίνεται διὰ ποταμῶν καὶ χειμάῤῥων. Ὁρῶμεν γὰρ πολλάκις χώρας τεναγώδεις ἐν μιᾷ μεσημβρίᾳ ξηρὰς καὶ ἀνίκμους καταλειφθείσας τοῖς ἀτμοῖς, διακριθέντος τοῦ ὕδατος, καὶ τῇ ἀναφορᾷ ταῖς νεφέλαις ἐγκραθέντος, πάλιν τῇ γῇ ὥσπερ ἐκ σπόγγων ἐκμυζόμενον, καὶ εἰς ὑετὸν ἐξοικονομούμενον.

## ΠΕΥΣΙΣ ΟΕ'.

Τί οὖν; οἱ ὄμβροι ἐκ τῆς θαλάσσης χορηγούμενοι ταῖς νεφέλαις, πάλιν τῇ γῇ σκορπίζονται; καὶ πῶς

tam præsentium quam futurorum divinus ille vates, his verbis: *Emittes Spiritum tuum, et creabuntur, et renovabis faciem terræ* [31].

## INTERROGATIO LXXIII.

Num et mare desinet aliquando in consummatione, cum tam magnum sit? num etiam ultracœlestes aquæ, de quibus inquit Deus: *Existat inter aquam et aquam firmamentum* [32]?

*Responsio.*

Atqui satis, ut apparet, ab eximio Isaia docemur, mare deficere et evanescere in consummatione. Inquit enim ad Deum sanctus ille vates: *Qui dicis abysso: Desolaberis, et flumina tua siccabo* [33]. Intelligantur autem metaphorice, abyssus quidem malitiæ, diabolus; flumina autem ex ipso et in ipsum fluentia, dæmones, quando illius quidem alluvies nobis letifera est; hi vero fluctuum instar elevantur, et semper insultant nobis per tentationes. Porro naturam aquarum Creator condidit, quæ solummodo sufficeret universi hujus constitutioni. Non solum autem ad refrigerium ultramundanarum aquarum reservatum est firmamentum, sed et flammam Deus luminarium ad inferiora mittit, propinquo suo corpore sursum tendentem ignem ad inferiora cogens, et in radios diffundens reflexionem, perinde ac si lampadem in manibus nostris tenentes, superne premamus flammam tabula vel patella, et in radios ac ejaculationes frangamus. Idcirco sublimem solem fecit ipso prior sol Christus; et hinc æstivum, illinc hibernum ortum, ne diutius in eodem immorando tractu, corrumpatur circumferentia firmamenti, aut aliqua pars orbis comburatur.

## INTERROGATIO LXXIV.

Quidnam igitur statuendum de aquis ultramundanis? num similes marinis sunt, amaræ et salsæ, et graves et muscosæ?

*Responsio.*

Dimidium est universæ aquæ, id quod supernas in partes est secretum, excepto quod non habet nimium illum amarorem, aut gravitatem aut fetorem, qui est in aqua marina; nam illam quidem non attingit subter ipsam currens sol, hanc autem perpetuo suo splendore permeans, per vapores haurit et subvehit quidquid omnium dulcissimum et potabile de fluminibus et torrentibus in mare excernitur. Videmus enim sæpenumero regiones aquarum copia inaccessas, uno meridie aridas et siccas relinqui, per vapores aqua separata, et per elevationem nubibus immista, unde rursus terræ quasi ex spongiis exprimitur, et in pluviam convertitur.

## INTERROGATIO LXXV.

Num igitur imbres ex mari suppeditati nubibus, rursus super terram disperguntur? Atqui

[31] Psal. CIII, 30. [32] Gen. I, 6. [33] Isa. XLIV, 26.

(28) *Πεπηλημμένῳ*. Legendum videtur πεπιλημένῳ *concreto*.

(29) *Κλήματι*. Forte κλίματι. EDIT.

quomodo potest tantum pondus et multitudo aquarum in nubes subvehi?

*Responsio.*

Audi Davidem de Deo canentem: *Adducens nubes ab extremitate terræ, fulgura in pluviam fecit* [36]. Alius autem prophetarum inquit: *Qui advocat aquam maris, et effundit ipsam super faciem terræ; Dominus Deus omnipotens nomen ei* [37]. Nam collisione nubium per ventos impulsarum quæ pluviam ferunt, fulgura fiunt.

## INTERROGATIO LXXVI.

Quomodo vero, cum tam multis annis exhauriatur per elevationem pluviarum, et omnium participationem, non deficit aqua vel fontana, vel marina?

*Responsio.*

Aqua fontana non deficit ex mari reddita, et in id rursus defluens per flumina atque torrentes. Propterea illud neque exundare potest, dum quod ex se est, in se recipit, quemadmodum docet rerum divinarum peritus ille Solomo: *Flumina cuncta in mare tendunt, neque mare impletur* [38]. Marina rursum non attenuatur propter retributionem quæ fit e supernis, qua id quod evaporavit per solem auctum destillat cœlitus, et exundat per rorem exhalationum aeris quotidie sursum tendentium excrescens, ut fit in cubis balneorum per aeris evaporationem madefactis, et vicissim guttas in solum dejicientibus. Etiam sæpenumero videre est aera crassum ex mari, fontibus et fluviis exhalare, qui nihil aliud quam aqua videtur esse.

## INTERROGATIO LXXVII.

At quomodo ex mari potest esse fontana aut potabilis aqua, cum illa quidem amara et salsa sit, hæ vero dulces et potabiles paulo leviores?

*Responsio.*

Nihil horum officere potest iis quæ hactenus dicta sunt. Nam per expressionem meatuum et obliquos exitus in scaturiendo, pondus illud cum amarore deponitur, et salsugo extenuatur, veluti si vinum aquæ mistum super spongiam vel purum panem fundatur, vinum quidem tanquam crassius intra panis meatus retinetur; aqua vero tanquam magis tenue quiddam et pellucidum, per meatus excolatur. Idem ostendit oleum aquæ mistum supra materias prædictas fusum; nam hic etiam quod pinguius et crassius est, remanet, eo quod magis est tenue transeunte ac excreto.

## INTERROGATIO LXXVIII.

Quod si res ita se habet, quare non ubique aqua de abysso sursum tendit, sed puteos fodientes haud vulgarem suscipimus laborem, interdum et miserrimam mortem reportantes, in fodinis obruti?

*Responsio.*

Imo verisimiliter ex puteis conjicere licet, fonta-

[36] Psal. cxxxiv, 7. [37] Amos v, 8. [38] Eccle. i, 7.

ἄρα δυνατὸν τοσοῦτον βάρος καὶ πλῆθος ὑδάτων ἐν νεφέλαις ἀνάγεσθαι;

*Ἀπόκρισις.*

Ἄκουε τοῦ Δαβὶδ περὶ Θεοῦ μελῳδοῦντος· *Ἀνάγων νεφέλας ἐξ ἐσχάτου τῆς γῆς, ἀστραπὰς εἰς ὑετὸν ἐποίησεν.* Ἕτερος δὲ τῶν προφητῶν φησιν· *Ὁ προσκαλούμενος τὸ ὕδωρ τῆς θαλάσσης αὐτὸ ἐπὶ πρόσωπον τῆς γῆς· Κύριος ὁ Θεὸς ὁ παντοκράτωρ ὄνομα αὐτῷ.* Τῇ γὰρ παρατριβῇ τῶν νεφῶν τοῖς πνεύμασιν ἐλαυνομένων διακονίζειν (30) τὸν ὑετὸν, αἱ ἀστραπαὶ συμβαίνουσιν.

## ΠΕΥΣΙΣ ΟϚʹ.

Καὶ πῶς τοσούτοις ἔτεσι δαπανώμενον τῇ ἀναφορᾷ τῶν ὑετῶν καὶ τῇ πάντων μεταλήψει, οὐκ ἀνηλώθη τὸ πηγαῖον ὕδωρ ἢ τὸ θαλάσσιον;

*Ἀπόκρισις.*

Τὸ μὲν κρηναῖον οὐκ ἀπολήγει, ἐκ τῆς θαλάττης ἀναδιδόμενον, καὶ εἰς αὐτὴν πάλιν ῥέον διὰ ποταμῶν καὶ χειμάῤῥων· διὸ οὐδὲ πλημμυρεῖν οἷά τε, τὸ ἐξ αὐτῆς εἰς ἑαυτὴν δεχομένη, καθὼς παιδεύει ὁ τῶν θείων σοφὸς Σολομών· *Πάντες οἱ ποταμοὶ εἰς τὴν θάλασσαν πορεύονται, καὶ ἡ θάλασσα οὐκ ἔστιν ἐμπιπλαμένη*· τὸ δὲ θαλάττιον οὐ βραχύνεται τῇ ἄνωθεν ἀνταμείψει, τοῦ ἐξατμισθέντος τῷ ἡλίῳ αὐξούμενον, ἀποστάζοντος τοῦ οὐρανοῦ καὶ ἐξυδροῦντος τῇ δρόσῳ, τὸ διὰ τῶν ἀτμῶν τοῦ ἀέρος ὁσημέραι ἀνασπώμενον, κατὰ τοὺς κύβους τῶν λουτρῶν τῇ ἀναθυμιάσει τοῦ ἀέρος νοτιζομένων, καὶ ἀνθυδρούντων σταγόνας ἐπὶ τὸ ἔδαφος. Καὶ ἔστι πολλάκις ἀθρῆσαι παχὺν ἀέρα ἐκ τῆς θαλάττης ἢ τῶν κρηνῶν καὶ ποταμῶν ἀναπνεόμενον, ὅπερ οὐχ ἕτερον ἢ ὕδωρ ὑπάρχειν μοι δοκεῖ.

## ΠΕΥΣΙΣ ΟΖʹ.

Καὶ πῶς ἐκ τῆς θαλάσσης δύναται εἶναι τὸ πηγαῖον ἢ ποτάμιον ὕδωρ, τῆς μὲν πικρᾶς καὶ ἁλμυρᾶς οὔσης, τῶν δὲ γλυκέων καὶ ποτίμων καὶ κουφοτέρων;

*Ἀπόκρισις.*

Οὐδὲν τούτων ἐπισκοτῆσαι τοῖς εἰρημένοις οἷόν τε. Τῇ γὰρ ἐκθλίψει τῶν πόρων καὶ τῇ σκολιοπορίᾳ τῆς ἀναβλύσεως τὸ βαρὺ καὶ πικρὸν ἀποτίθεσθαι, καὶ τὴν ἅλμην ἐκλεπτύνεσθαι καθάπερ οἶνος ὕδατι κεκραμένος, σπόγγῳ ἢ ἄρτῳ καθαρῷ ἐπιχεόμενος. Ὁ μὲν ὡς παχύτερος, τοῖς πόροις τοῦ ὑποδεξαμένου ἐνέχεται· τὸ δὲ ὡς λεπτότερον καὶ διαφανέστερον, τῶν πόρων διεκμύζεται. Τὸ δ' αὐτὸ ἀποδείκνυσι καὶ τὸ ὑδρέλαιον τοῖς εἰρημένοις ἐπιχεόμενον· τοῦ μὲν πίονος καὶ παχυτέρου ἐμμένοντος, τοῦ δὲ λεπτοτέρου διήκοντος καὶ ἐκκρινομένου.

## ΠΕΥΣΙΣ ΟΗʹ.

Καὶ εἰ οὕτως ἐστὶ, διὰ τί μὴ πάντη τὸ ὕδωρ ἀναδίδοται τῆς ἀβύσσου, ἀλλὰ φρέατα ὀρύσσοντες, οὐ τὸν τυχόντα εἰσάγομεν κάματον, πολλάκις καὶ ἐπὶ τὸν οἴκτιστον ἐπαγόμενοι θάνατον, ἐπιχωννύμενοι τοῖς ὀρύγμασιν;

*Ἀπόκρισις.*

Καὶ μάλα εἰκότως ἐκ τῶν φρεάτων ἔστι τεκμήρα-

(30) *Διακονίζειν.* Forte διακομίζειν. Edit.

θαι, τῆς ἀβύσσου ὑπάρχειν τὰ κρηναῖα ὕδατα, διὰ συμφωδεστέρων λαγόνων τῆς χέρσου ἀναδιδόμενα. Τὰ γὰρ μακρὰ ἐκ τῆς ἀβύσσου ἀνόδου διασχολιευόμενα τῶν πόρων, τὴν πικρίαν ἀποζέεται, καὶ τὴν ἁλμυρίδα ἀποτιθέμενα γλυκαίνεται. Τὸ δὲ φρεατιαῖον εἰκότως βαρύτερον, καὶ ἔναλμον, καὶ δύσποτον ὑπάρχει, διὰ τὸ πλησιάζειν τῇ ἀβύσσῳ τὸν πυθμένα, καὶ ὥσπερ κάδον τινὰ ἢ πίθον ἐπινήχεσθαι τῇ ἀβύσσῳ, τὸν ὅθεν καὶ τῇ ἐγγυτέρᾳ ἀνόδῳ καὶ συντομωτέρᾳ ἐκφανείᾳ μὴ δύνασθαι τὴν θαλαττίαν πικρὰν ἁλμυρίδα, ἀλλὰ μέσως πᾶν ἔχειν, τοῦ μὲν κρηναίου βαρυτέρως, τοῦ δὲ θαλαττίου κουφοτέρως.

## ΠΕΥΣΙΣ ΟΘʹ.

Πῶς ἀνάγουσιν αἱ νεφέλαι τὸ θαλάσσιον ὕδωρ; πῶς δὲ ἀναληφθὲν, οὐκ εὐθὺς ἐπιχεῖται; πῶς καὶ ἐν τίσι μὲν τόποις βρέχει, ἐν τίσι οὐ βρέχει;

### Ἀπόκρισις.

Ἄκουσον τοῦ Δαβὶδ περὶ Θεοῦ μελῳδοῦντος· *Συνάγων ὡσεὶ ἀσκὸν ὕδατα θαλάσσης*· ἑτέρου δὲ λέγοντος· *Δεσμεύων* (31) *ὕδωρ ἐν νεφέλαις ἀέρων*. Πρὸ τούτων δὲ Ἰὼβ, ὁ τῶν κατὰ Θεὸν ἀγώνων καθηγητὴς, πύργος καὶ πρόβολος, φησί· *Καὶ οὐκ ἐῤῥάγη νέφος ὑποκάτω αὐτοῦ*, τοῦ ὕδατος δηλονότι. Νοείσθω δὲ καὶ περὶ τῆς θεανδρικῆς τοῦ Σωτῆρος ἀναλήψεως. Νεφέλη γὰρ ὑπέδη τοῖς ποσὶν αὐτοῦ, οὐ συνεργοῦσα πρὸς τὴν ἄνοδον, ἀλλὰ δεικνῦσα ἐκεῖνον ὑπάρχειν, τὸν διὰ λαίλαπος καὶ νεφῶν πάλαι μὲν τῷ Ἰὼβ, μετ' αὐτὸν δὲ τῷ Μωσεῖ φθεγγόμενον· πληρουμένων δὲ τῶν νεφῶν, οἱονεὶ ἀσκῶν ἢ σιφώνων τινῶν, ἀντὶ δεσμοῦ ἢ δακτύλου, ἢ τοῦ ἐκθλίβοντος πιεσμῷ τὸ ὕδωρ τοῦ σίφωνος, τὸ θεῖον αὐτοῖς ἐπίκειται πρόσταγμα, κατὰ τὴν εἰκόνα τῶν νῦν ἐμπόρων, καθιέντων μὲν ὡς ἐν βυθῷ τῷ σκεύει τὸν σίφωνα, καὶ πληρωθέντα, ἐπὶ τῇ ἀντιθέσει τοῦ ἀντιχείρου ἀνάγεσθαι, καὶ διὰ πάσης τῆς οἰκίας ὡς διὰ κόσμου τὰς νεφέλας πλήρεις φέρεσθαι, ἐξοικονομεῖσθαι δὲ τὸ ἀναληφθὲν πρὸς τὸ δοκοῦν τῷ ἀρυσαμένῳ, τῇ ἐπαγωγῇ καὶ ἀποθέσει τοῦ δακτύλου.

## ΠΕΥΣΙΣ Πʹ.

Πάντων περιεχομένων τῷ ὕδατι πρώην, καὶ ἀβύσσῳ καλυπτομένων, πῶς συνήχθη καὶ συνεχώρησεν, τοῦ Θεοῦ εἰπόντος, *Συναχθήτω τὸ ὕδωρ εἰς συναγωγὴν μίαν, καὶ ὀφθήτω ἡ ξηρά;*

### Ἀπόκρισις.

Ἡ τοῦ παντὸς δραστικὴ θεία δύναμις, ὅτε συνεῖδε πρὸς μίαν συναγωγὴν ἀποκριθῆναι τὸ ὕδωρ, αὖθις καὶ τὸ μέλλον αὐτὸ ὑποδέχεσθαι χωρίον παρήγαγεν. Οὐδὲ γὰρ ἦν ἡ ἔξω Γαδείρων θάλαττα, οὐδὲ τὸ μέγα καὶ ἀτόλμητον πλωτῆρσι πέλαγος, τὸ τὴν Βρεττανικὴν νῆσον καὶ τοὺς Ἑσπερίους Ἴβηρας περιπτυσσόμενον· ἀλλὰ τότε τῆς χώρας τῷ θείῳ προστάγματι δημιουργηθείσης, ἐπ' αὐτὴν συνεδόθη τῶν ὑδάτων τὰ πλήθη.

nas aquas ex abysso esse per laxiores sinus terræ redditas. Nam procul ex abysso tendentes, et tortuose per meatus manantes, fervidæ factæ amaritudinem amittunt, et salsuginem deponentes dulcescunt. Porro putealis, ut par est, gravior et subsalsa, et parum potabilis est, propterea quod fundum abysso propinquum habet, et tanquam cadus aut dolium innatat abysso. Quo fit, ut propter propinquiorem ascensum et breviorem exitum, amaram aquæ marinæ salsuginem æquare nequeat, sed medio quodam modo affecta sit, gravior quidem quam fontana, marina levior.

## INTERROGATIO LXXIX.

Quomodo ferunt in sublime nubes marinam aquam? aut quomodo sublata non mox effunditur in terram? quomodo item in quibusdam locis pluit, in quibusdam non pluit?

### Responsio.

Audi de Deo canentem Davidem: *Qui congregat quasi utrem aquas maris* [37]; alium item dicentem: *Qui ligat aquam in aeris nubibus* [38]. Ante hos autem Jobus certaminum divinorum magister, turris et propugnaculum, inquit: *Et non est rupta nubes sub ipsa* [39], scilicet aqua. Intelligatur autem idem etiam de deificatæ humanitatis Servatoris assumptione. Nubes enim subiit sub pedes ejus, non adjuvans ascensionem, sed ut ostenderetur illum esse qui per turbinem et nubes olim quidem ad Jobum, post ipsum vero ad Mosem locutus esset, impletis vero nubibus velut utribus aut siphonibus, loco vinculi, aut digiti, aut siphonis premendo retinentis aquam, divinum ipsis incumbit mandatum, perinde ac mercatores facere solent, cum demittunt in profundum vas siphonem, eoque impleto, opposito pollice reducunt, et per totam domum quasi per mundum ferunt plenas quasi nubes, et refertur in usus aqua sumpta, prout visum fuerit ei qui hausit, idque per impositionem et subtractionem digiti.

## INTERROGATIO LXXX.

Cum omnia primum continerentur aqua, et abysso tegerentur, ubi congregata est, et quo concessit, dicente Deo, *Congregetur aqua in congregationem unam, et appareat arida* [40]?

### Responsio.

Universi effectrix illa divina vis quando constituit aquam secernere ad congregationem et locum unum, mox et locum ipsam recepturum condidit. Nondum enim erat illud extra Gadira situm mare, neque magnum illud quod exhorrent nautæ pelagus, quod Britannicam insulam et Hesperios Iberas ambit, sed condita tunc divino mandato certa regione, ad ipsam simul aquarum multitudines confluxerunt.

[37] Psal. xxxii, 7. [38] Job xxvi, 8. [39] Job xxvi, 8, sec. LXX. [40] Gen. i, 9.

(31) *Δεσμεύων*, κ. τ. λ. Hunc et mox sequentem locum, tanquam ex duobus sacris scriptoribus descriptum, recitat Cæsarius; cum tamen uterque occurrat Job xxvi, 8, juxta LXX, ubi sic legimus: Δεσμεύων ὕδωρ ἐν νεφέλαις αὐτοῦ, καὶ οὐκ ἐῤῥάγη νέφος ὑποκάτωθεν αὐτοῦ.

### INTERROGATIO LXXXI.

**Estne unum mare sive congregatio, vel multæ?**

***Responsio.***

Una quidem est congregatio totius elementi, plures vero partes principaliores; nam stagna quæ ad Arctum, et quæcunque ad Græciæ spectantur mare, quæque Macedoniam et Bithyniam et Palæstinam obtinent, congregationes utique sunt, quas multitudinem aquæ habere nullus contradixerit: non tamen proprie maria esse dicimus, licet propemodum cum mari ob amaritudinem et salsuginem mistæ sint, qualis est Asphaltites lacus in Judæa, et Serbonites inter Ægyptum et Palæstinam ad desertum Arabicum extensus, itemque Hyrcaniam et Caspiam; et videmus a nonnullis ipsos esse descriptos. Oportet enim attendere descriptionibus geographicis eorum qui et viderunt, et scitu dignas res memoriæ prodiderunt. Nam occulte conservantur inter se et conjunguntur uno eoque maximo mari, quemadmodum Rubrum declarat mare, parte superiore cum Gadirico occulte conjunctum.

### INTERROGATIO LXXXII.

At quomodo congregationes aquarum maria vocavit Dominus?

***Responsio.***

Sinus qui secundum suas species a circumjacente terra comprehensi sunt, maria Dominus appellavit, hoc est, mare Boreale, mare Australe, Eoum mare, et Hesperium mare alterum; præterea pelagi hujus vel illius peculiares appellationes, pontus Euxinus, et mare Hellesponticum, Ægæum et Ionium, Sardoum pelagus, et Siculum alterum, et Tyrrhenicum, et infinita marium nomina, quæ ut a nobis cuncta recenseantur, præsentis non est temporis.

### INTERROGATIO LXXXIII.

Quare Moses in principio Genesis terram nominat, inde rursus aridam? Annon enim aliud est arida, et aliud terra?

***Responsio.***

Nihil omnino mihi videtur ab arida differre terra: verum ne causam arefaciendi tribueremus soli, antiquiorem solis ortu ariditatem terræ opifex Deus declaravit, mox a principio desipientes ab ea vanitate revocans, ne solem deum facerent.

### INTERROGATIO LXXXIV.

Quid est, quod Moses inquit: *Et vidit Deus quod esset bonum*[61]? Quomodo omnium præscius postquam fecisset, vidit quod bona esset lux? Nam si homines antequam quid faciant, sciunt bonumne vel malum sit futurum quod perficitur, quomodo Deus postquam fecisset, tunc demum vidit quod esset bonum, quasi non præcognoscens id quod facturus erat?

***Responsio.***

Non hoc volunt ista verba, delectabilem maris aspectum Deo visum fuisse. Nec enim opifex rerum

### ΠΕΥΣΙΣ ΠΑ'.

**Μία ἐστὶ θάλασσα, ἤτοι ἡ συναγωγὴ, ἢ πολλαί;**

***Ἀπόκρισις.***

Μία μὲν ἡ συναγωγὴ τοῦ στοιχείου παντὸς, πλεῖστα δὲ τὰ συστήματα. Αἵ τε γὰρ λίμναι αἱ κατὰ τὴν ἄρκτον, καὶ ὅσαι κατὰ τὸν Ἑλληνικὸν ὁρῶνται πόντον, τήν τε Μακεδονίαν, Βιθυνίαν τε καὶ Παλαιστίνην κατέχουσαι, συναγωγαὶ τυγχάνουσαι (32) δηλονότι· ἃς πλῆθος μὲν ἔχειν ὕδατος οὐδεὶς ἀντερεῖ, οὐ μὴν θαλάσσας κυρίως ὑπάρχειν αὐτάς φαμεν, εἰ καὶ παραπλησίως τῇ θαλάττῃ τὸ πικρὸν καὶ ἁλμυρὸν ἐγκέκρανται, ὡς ἡ Ἀσφαλτῖτις λίμνη ἐπὶ τῆς Ἰουδαίας, καὶ ἡ Σερβονῖτις μεταξὺ Αἰγύπτου καὶ Παλαιστίνης, τὴν Ἀραβικὴν ἔρημον παρατείνουσα· εἰ καὶ τὴν Ὑρκανίαν καὶ τὴν Κασπίαν· ὁρῶνται δέ τινες περιγεγράφθαι αὐτάς. Ἀλλὰ χρὴ ταῖς τῶν ἱστορησάντων προσέχειν γεωγραφίαις. Συντετήρηνται γὰρ ἀφανῶς πρὸς ἀλλήλας, καὶ συνεστόμωνται τῇ μιᾷ καὶ μεγίστῃ, καθὼς ἡ Ἐρυθρὰ παιδεύει θάλαττα, τῇ ἐπέκεινα Γαδείρων ἀφανῶς συναπτομένη.

### ΠΕΥΣΙΣ ΠΒ'.

Καὶ πῶς συστήματα τῶν ὑδάτων θαλάσσας ὁ Κύριος ἐκάλεσεν;

***Ἀπόκρισις.***

Τοὺς κόλπους τοὺς κατ' ἴδιον σχῆμα ὑπὸ τῆς περικειμένης γῆς περιληφθέντας, θαλάττας ὁ Κύριος προσηγόρευσε, τοῦτ' ἔστιν, θάλαττα Βόρειος, θάλαττα Νότιος, Ἑῴα θάλαττα, καὶ Ἑσπερία πάλιν ἑτέρα· καὶ προσηγορίαι πελάγων ἰδιάζουσαι, πόντος Εὔξεινος καὶ πρόποντος Ἑλλήσποντος, Αἰγαῖος καὶ Ἰώνιος, Σαρδονικὸν πέλαγος, καὶ Σικελικὸν ἕτερον, καὶ ἄλλο Τυῤῥηνικὸν, καὶ μυρία ὀνόματα πελαγῶν, ἅπερ ἡμῖν οὐ τοῦ παρόντος ἐξαριθμεῖσθαι καιροῦ.

### ΠΕΥΣΙΣ ΠΓ'.

Διατί μὲν ἐν ἀρχῇ μὲν τῆς Γενέσεως γῆν ὀνομάζει, ἐνταῦθα δὲ πάλιν ξηράν; Ἆρα μὴ ἄλλο ὑπάρχει ἡ ξηρὰ, ἄλλο δὲ ἡ γῆ;

***Ἀπόκρισις.***

Οὐδ' ὅλως μοι δοκεῖ παρηλλάχθαι τῆς ξηρᾶς ἡ γῆ, ἀλλ' ἵνα μὴ τῷ ἡλίῳ τὴν τοῦ ἀναξηραίνειν αἰτίαν προσθῶμεν, πρεσβυτέραν τῆς ἡλίου γενέσεως τὴν ξηρότητα τῆς γῆς ὁ δημιουργήσας Θεὸς ἀπεφήνατο· προαγαγὼν τοὺς ματαιόφρονας θεοποιεῖν τὸν ἥλιον.

### ΠΕΥΣΙΣ ΠΔ'.

Τί ἐστιν ὃ λέγει Μωσῆς, *Καὶ εἶδεν ὁ Θεὸς ὅτι καλόν*; πῶς ὁ πάντων προγνώστης μετὰ τὸ ποιῆσαι εἶδεν, ὅτι καλὸν τὸ φῶς; Εἰ γὰρ ἄνθρωποι πρὸ τοῦ ποιῆσαί τι, ἐπίστανται ὅτι καλὸν ἢ κακὸν ἔσται τὸ ποιούμενον· πῶς ὁ Θεὸς μετὰ τὸ ποιῆσαι, τότε εἶδεν ὅτι καλὸν, ὡς μὴ προγινώσκων ὃ ἤμελλε ποιεῖν;

***Ἀπόκρισις.***

Οὐκ αὐτὸ τοῦτο, τερπνήν τινα ὄψιν θαλάττης, ὁ λόγος ἐνδείκνυται τῷ Θεῷ πεφυκέναι. Οὐ γὰρ ὀφθαλ-

[61] Gen. I, 4, 10, 12, 18, 21, 25.

(32) Τυγχάνουσαι. Forte τυγχάνουσι. EDIT.

μοῖς ὁρᾶται κάλλη τῆς κτίσεως ὁ Ποιητής. ἀλλὰ τῇ ἀῤῥήτῳ σοφίᾳ θεωρεῖται γενόμενα· ὁ φάσκων τῷ Ἱερεμίᾳ· *Πρὸ τοῦ με πλᾶσαί σε ἐν κοιλίᾳ, ἐπίσταμαί σε, καὶ πρὸ τοῦ ἐξελθεῖν ἐκ μήτρας, ἡγίακά σε*· τῷ δὲ Ναθαναὴλ, *Πρὸ τοῦ σε Φίλιππον φωνῆσαι, ὄντα ὑπὸ τὴν συκῆν εἶδόν σε*· ὁ τῷ Ἀβραὰμ λέγων· *Κατὰ τὸν καιρὸν τοῦτον ἔσται τῇ Σάῤῥᾳ υἱός*· τοῖς δὲ Ἰουδαίοις, *Πρὸ τοῦ Ἀβραὰμ ἐγώ εἰμι*. Καλὸν γὰρ θέαμα λευκαινομένη θάλαττα, γαλήνης αὐτῇ σταθηρᾶς· ἡδὺ δὲ καὶ ὅταν πρῴαις αὔραις τραχυνομένη τὰ νῶτα, πορφυροῦσαν ἢ κυανῆν τοῖς ὁρῶσι προβάλλεται, μηδὲ τύπτουσα βιαίως τὴν γείτονα χέρσον, μηδὲ τέλεον ἠρεμοῦσα· ἀλλ' οἷον εἰρηνικαῖς τισι περιπλοκαῖς τὰ χείλη αὐτῆς ἀσπαζομένη, πρὸς ἑαυτὴν πάλιν ἀποπηδῶσα. Καλὴ δὲ πάλιν δεδιῶσα τὸ θεῖον πρόσταγμα· *Μέχρι τούτου ἐλεύσῃ, καὶ οὐχ ὑπερβήσῃ· ἀλλ' ἐν σεαυτῇ συντριβήσονταί σου τὰ κύματα*. Ἥτις πρὸς ἔλεγχον τῆς ἡμετέρας ἀγνωμοσύνης τὸ ἐπηρτισμένον αὐτῇ δέος δηλοῦσα, βραχὺ διὰ τῶν κυμάτων παρεκδραμοῦσα τὸν ὅρον, γραμμήν τινα φανερὰν τοῖς αἰγιαλοῖς ἐντυποῦσα, οἷον γλώττῃ παρεγγυᾷ μὴ ὑπερβαίνειν τοὺς ὅρους τοῦ θείου προστάγματος. Καλὴ δὲ ὅτι καὶ ποταμῶν ὑπάρχουσα μήτηρ, αὐτὴ πάλιν αὐτοὺς ὑποδέχεται, ἐντεῦθεν μὲν ἀποχύουσα, ἐκεῖθεν δὲ ξεναγοῦσα. Καλὴ δὲ ὅτι καὶ τὰς πλεῖστον ἀλλήλων διεστώσας ἠπείρους τε καὶ πόλεις συνάπτει δι' ἑαυτῆς, νωτοφοροῦσα τὰς ὁλκάδας, καὶ ἀκώλυτον τοῖς ναυτίλοις, δι' ἐκείνων δὲ τοῖς λοιποῖς τὴν συντυχίαν παρεχομένη· καὶ ἱστορίας τῶν ἀγνοουμένων χαριζομένη, καὶ τῶν ἀναγκαίων ἐπικουροῦσα τοῖς δεομένοις, ἐξαγωγὴν καὶ ἀντίδοσιν ταῖς πόλεσι ποιουμένη. Οὐ μὴν οὕτως δὲ καὶ Θεῷ οἴεσθαι χρὴ, καλὴν καὶ ἡδεῖαν ὦφθαι τὴν θάλατταν, ἀλλὰ τὸ καλὸν ἐκεῖ τῷ λόγῳ τῆς δημιουργίας κρίνεται. Ὁμοίως δὲ χρὴ καὶ περὶ τοῦ φωτὸς καὶ τῶν λοιπῶν διαλαβεῖν.

intuetur oculis pulchritudinem creatorum, sed ineffabili sapientia contemplatur ea quæ fiunt : qui ad Jeremiam inquit : *Antequam te formarem in utero, novi te, et antequam egredereris ex alvo materna, sanctificavi te* [62]; ad Nathanaelem autem : *Antequam te Philippus vocaret, cum esses sub ficu, videbam te* [63]; qui dicit Abrahamo : *Ad tempus illud habebit Sara filium* [64]; Judæis autem : *Ante Abrahamum ego sum* [65]. Pulchrum enim spectaculum mare albicans, cum ipsum constans tenet tranquillitas. Jucundum item est, quando ad auras matutinas horridum dorso purpureo cæruleove spectantibus objicitur, neque violenter propinquam terram pulsat, neque penitus quiescens, sed pacificis quibusdam amplexibus littora sua salutans, ad semetipsum resilit. Pulchrum item, quod divinum præceptum reveretur, *Huc usque venies, et non transgrediere, sed in temetipso collidentur tui fluctus* [66]. Idem ad reprehensionem temeritatis stoliditatisque nostræ inditum sibi metum ostendit, ne paululum quidem fluctibus ultra terminum excurrens, conspicuam littoribus lineam imprimens, quasi lingua mandat ne transgrediatur terminum mandati divini. Pulchrum quoque, quod cum fluminum sit mater, ipsa eadem rursus suscipit, hinc quidem quasi in lucem proferens, illinc vero recipiens quasi hospites. Pulchrum vero, quod et plurimum inter se dissitas continentis terras et urbes præ se conjungit, ac ferens in sua summitate naves, nullumque præbens impedimentum nautis, partim quidem nautis, partim vero cæteris commercium præbet. Sed et eorum quæ ignorantur, variæ cognitionis beneficium largitur, et in rebus necessariis subvenit indigentibus, exportandi et vicissim reddendi commoditatem civitatibus præstans. Non tamen sic et de Deo putandum est, quod bonum vel pulchrum et jucundum illi visum sit mare, sed bonum de quo ibi habetur, ratione opificii judicatur. Ad eumdem modum et de luce et cæteris existimandum est.

## ΠΕΥΣΙΣ ΠΕ'.

Πῶς τοῦ Μωσέως γράψαντος, ὅτι εἶπεν ὁ Θεός· *Βλαστησάτω ἡ γῆ βοτάνην χόρτου σπεῖρον σπέρμα κατὰ γένος καὶ καθ' ὁμοιότητα, καὶ ξύλον κάρπιμον, οὗ τὸ σπέρμα αὐτοῦ ἐν αὐτῷ κατὰ γένος*· βλέπομεν πολλὰ τῶν φυτῶν παντελῶς ἄκαρπα, καὶ μηδὲ σπέρμα ἔχοντα; Ποῖον γὰρ αἴγειρος ἔχει καρπὸν, ἢ ἐλάτη, ἢ πεύκη, ἢ κάλαμος; ποῖον δὲ σπέρμα ἔχει σκόροδον, ἢ ῥόδον, ἢ κρόκος, ἢ ἄμπελος, ἢ μυρίκη, καὶ τὰ λοιπὰ τῶν ἀκάρπων;

*Ἀπόκρισις.*

Εἴ τις φιλομαθῶς καὶ πεπονημένως ἀναπτύξει τὰ θεῖα, εὑρήσει πάντα ἀνελλιπῶς τῷ θείῳ θελήματι παραστάντα. Αἴγειρος γὰρ παρέχει καρπὸν, κλονισμὸν πρὸς τὴν ἑκάστου ἡμῶν χρείαν, τὸ φύλλον εἰς κτηνοτροφίαν χειμῶνος ἀποτιθέμενον· τὸ ἐκ τοῦ μόσχου ἔλαιον τοῖς ἀῤῥώστοις παρεχόμενον, ὅπερ αἰγειρέλαιον τοῖς πολλοῖς ὀνομάζεται· ἀντὶ δὲ σπέρματος οἱ κλάδοι τῆς αἰγείρου κατορυττόμενοι ῥι-

## INTERROGATIO LXXXV.

Quomodo scripsit Moses, quod dixerit Dominus : *Progerminet terra herbam graminis, quæ seminet semen secundum genus et secundum similitudinem suam, et lignum fructiferum, cujus in se sit semen secundum genus* [67] : cum tamen videamus multas plantas prorsus infrugiferas, quæ neque semen habent? Quemnam enim fructum habet alnus, aut abies, aut pinus silvestris, aut arundo? Quale item semen habet allium, aut rosa, aut crocus, aut vitis, aut myrica aliaque innumera infrugifera?

*Responsio.*

Si quis diligenter et accurate explicet res divinas, inveniet omnia absque defectu divina voluntate producta. Alnus enim fructum præbet in ramis ad uniuscujusque nostrum necessitatem; folium repositum facit ad nutrienda in hieme pecora : ex fruticante stolone oleum quod præbetur infirmis, quod a multis oleum alni nuncupatur. Vice autem

[62] Jer. I, 5. [63] Joan. I, 48. [64] Gen. XVIII, 10. [65] Joan. VIII, 58. [66] Job XXXVIII, 11. [67] Gen. I, 11.

seminis rami alni defossi radices agunt. Ad eumdem vero modum et abies, et arbor picea ramusculis et defractis surculis genus augent. Rosa autem, aut allium, aut crocus, partim quidem ad odoris fragrantiam conducunt, partim ut commisceantur degeneranti vino siceræ potoribus, unguentariis item ad conficiendum artificiose suffitum, et medicis ad collyria, in cibo sumptum. Sed et aquæ potoribus aquam innoxiam præstant. Arundo vero fructum fert, comam quidem ad spongias, reliquum vero ad instrumenta scriptoria. Utrumque autem radicum suppullulationibus genus augent.

ζοῦνται. Ὁμοίως δὲ και ἐλάτη καὶ πεύκη, τοῖς κλονίσμασι, καὶ ἀποσπάδες τὸ γένος αὔξουσι. Τὸ δὲ ῥόδον ἢ σκόροδον ἢ κρόκος, τὰ μὲν τὴν εὐοδίαν, καὶ τῷ καταμίγνυσθαι νοθουμένῳ τῷ οἴνῳ τοῖς σικεροπόταις· ὃ μυρεψοῖς πάλιν φιλοτεχνεῖται εἰς θυμίαμα, καὶ ἰατροῖς εἰς κόλλυρα, ἔνδον ἐσθιόμενον. Καὶ τοῖς ὑδροπόταις τὸ ἀβλαβὲς τοῦ ὕδατος παρεχόμενον. Ὁ δὲ κάλαμος καρποφορεῖ τὴν μὲν κόμην εἰς σπόγγους, τὸ δὲ λοιπὸν εἰς γραφίδας. Ἄμφω δὲ ἐν ταῖς παρεκφύσεσι τῶν ῥιζῶν τὸ γένος πληθύνουσιν.

## INTERROGATIO LXXXVI.

**Quare quasi naturaliter cohærent cum bonis mala, corruptibilia cum vita nostra, cum tritico zizanium et cicuta, cum rosis spinæ, cum cæteris nutrimentis helleborum, et aconitum, et mandragora, et succus papaveris, quæ nostram vitam tollunt?**

*Responsio.*

**Num igitur relicta pro utilibus gratiarum actione, crimen intentabimus Opifici, quod quædam nobis ad discrimen, quædam vero utiliter nascuntur? Aut non reputabimus illud, quod non omnia propter ventrem nostrum condita sunt? Atqui nobis quidem deputati cibi omnibus in promptu et cognitu faciles sunt. Unumquodvis vero nascentium peculiarem quamdam in creatione rationem implet. Ne enim læderet venenatus taurinus sanguis, non debuit id animal produci vel carere sanguine, cujus robore in tam multis indiget vita nostra? Atqui ad cavenda perniciosa tibi ratio sufficit. Annon enim oves et capræ norunt refugere quæ vitæ suæ perniciosa sunt, solo olfactu noxia dijudicantes? Tibi autem cui et ratio adest, et ars medicinæ, quæ quod est salubre, suppeditat, et præcedentium experientia, perniciosorum fugam suggerens, difficile erit declinare mortifera? Nihil autem horum inutiliter aut ab re natum est, sed aut nobis aut pecoribus ad utilitatem tributum; nam cicuta quidem sturni pascuntur, helleboro vero coturnices, utriusque noxæ immunes quadam dispositione naturæ: per mandragoram autem somnum infirmis inducunt medici; succo papaveris corporum vehementes dolores sopiunt; jam vero et cicuta quidam rabiem appetituum sustulerunt, et helleboro multos diuturnos morbos exstirparunt. Quare quod putamus inimicum esse nostræ naturæ, id nobis in augmentum gratiarum actionis accessit.**

## ΠΕΥΣΙΣ ΠϚʹ.

Διατί συμφύονται τοῖς καλοῖς τὰ κακὰ, καὶ φθαρτικὰ τῆς ζωῆς ἡμῶν, μετὰ τοῦ σίτου τὸ ζιζάνιον καὶ τὸ κώνειον, μετὰ τῶν ῥόδων οἱ τρίβολοι, μετὰ τῶν λοιπῶν τροφίμων ἐλλέβορος, καὶ ἀκόνιτος, καὶ μανδραγόρας, καὶ ὁ τῆς μήκωνος ὀπὸς, ἅπερ ἀναιροῦσι τὴν ζωὴν ἡμῶν;

*Ἀπόκρισις.*

Τί οὖν ἀφέντες τὴν ἐπὶ τοῖς χρησίμοις εὐχαριστίαν, ἐγκαλέσωμεν τῷ Δημιουργῷ ἐπὶ τῶν ἡμῖν πρὸς διάκρισιν καί τινων συμφερόντως ἐκφυέντων; Ἐκεῖνο δὲ οὐ λογισώμεθα, ὅτι οὐ πάντα τῆς γαστρὸς ἕνεκεν τῆς ἡμετέρας δεδημιούργηται; ἀλλ' ἡμῖν μὲν αἱ ἀποτεταγμέναι τροφαὶ πρόχειροι καὶ πᾶσιν εὐγνωστοι, ἕκαστον δὲ τῶν γινομένων ἰδιόν τινα λόγον ἐν τῇ κτίσει πληροῖ. Μὴ γὰρ ἐπειδή σοι δηλητήριον ταύρειον αἷμα, οὐκ ὀφείλει παραχθῆναι τὸ ζῶον, ἢ ἄναιμον ὑπάρχειν, οὗ τῆς ἰσχύος πρὸς τοσαῦτα ἡμῶν ὁ βίος ἐπιδέεται; Ἀλλὰ σοὶ μὲν αὐτάρκης ὁ ἔμφυτος λόγος πρὸς τὴν τῶν ὀλεθρίων φυλακήν. Οὐ δήπου γὰρ πρόβατα καὶ αἶγες ἴσασιν ἀποφεύγειν τὰ φθαρτικὰ τῆς ζωῆς αὐτῶν, μόνῃ τῇ ὀσφρήσει τὰ βλαβερὰ διακρίνοντα; σοὶ δὲ ᾧ καὶ λόγος πάρεστι καὶ ἰατρικὴ τέχνη τὸ χρήσιμον ἐκπορίζουσα, καὶ ἡ τῶν προλαβόντων πεῖρα, τῶν ὀλεθρίων τὴν φυγὴν ὑπαγορεύουσα, χαλεπὸν ἐκκλῖναι τὰ δηλητήρια; Οὐδὲν δὲ ἐκείνων ἀργῶς ἢ ἀνωφελῶς ἐξεφύη· ἀλλ' ἢ ἡμῖν ἢ τοῖς κτήνεσι πρὸς τὸ συμφέρον ἐξεδόθη. Τὸ μὲν γὰρ κώνειον οἱ ψᾶρες βόσκονται, τὸ ἐλλέβορον οἱ ὄρτυγες, ἄμφω τῆς βλάβης ἀνεπίδεκτοι τῇ κατασκευῇ τῆς φύσεως· διὰ δὲ τοῦ μανδραγόρου ὕπνον ἰατροὶ ταῖς ἀσθενείαις ἐπάγουσι· τῷ δὲ ὀπίῳ τὰς σφοδρὰς ὀδύνας τῶν σωμάτων κατευνάζουσιν· ἤδη δέ τινες τῷ κωνείῳ καὶ τὸ λυσσῶδες τῶν ὀρέξεων κατεμάραναν, καὶ τῷ ἐλλεβόρῳ πολλὰ τῶν χρονίων παθῶν ἐξεμόχλευσαν. Ὥστε ὃ δοκοῦμεν πολέμιον τῇ φύσει ἡμῶν πεφυκέναι, τοῦτο ἡμῖν εἰς προσθήκην εὐχαριστίας περιελήλυθεν.

## INTERROGATIO LXXXVII.

Quare de herba et arboribus, *Progerminet terra*, inquit; de pecoribus autem et bestiis, *Producat?* Annon aliquam dissonantiam habet, utrisque ex eodem provenientibus ventre?

*Responsio.*

Quandoquidem germina et fructus quotannis germinatura erant, et in terra remansura, in ipsam, velut in sinu matris defluentibus floribus desinen-

## ΠΕΥΣΙΣ ΠΖʹ.

Διατί ἐπὶ μὲν τῆς βοτάνης, καὶ τῶν δένδρων, *Βλαστησάτω ἡ γῆ*, ἐπὶ δὲ τῶν κτηνῶν καὶ θηρίων, *Ἐξαγαγέτω*; Ἆρα μή τινα διαφωνίαν ἔχει, ἀμφοτέρων τῆς αὐτῆς προερχομένων γαστρός;

*Ἀπόκρισις.*

Ἐπειδὴ τὰ βλαστήματα καὶ οἱ καρποὶ κατ' ἐνιαυτὸν βλαστάνειν ἤμελλον καὶ παραμένειν τῇ γῇ, εἰς αὐτὴν ὥσπερ ἐν κόλπῳ μητρὸς τῇ ἀνθοῤῥοίᾳ κατα-

λήγοντα. ἑαυτῆς δὲ πάλιν ἀποχυούμενα· τὰ δὲ ζῶα ἅπαξ αὐτῆς ἀποβρασθέντα, οὐκ ἔτι ἐξ αὐτῆς, ἀλλὰ ἀπὸ τῶν διαδόχων ἀποκύεται.

lia, et ex ipsa rursus enascentia; animalia vero semel ab ipsa producta, non amplius ex ipsa, sed a succedentibus procreantur.

ΠΕΥΣΙΣ ΠΗ'.

Διατί μὴ τὸν οὐρανὸν, ὡς πρῶτον ὑπ' αὐτοῦ γενόμενον διεκόσμησεν, ἀλλὰ τὴν μετ' ἐκεῖνον δημιουργηθεῖσαν γῆν προετίμησεν; Ἔδει δὲ κατὰ τὴν ἀκολουθίαν τῆς γενέσεως ἐπαχθῆναι τὴν διακόσμησιν.

Ἀπόκρισις.

Διὰ τὴν μέλλουσαν ἀνακύπτειν πολύθεον πλάνην, τὴν καὶ νῦν κατέχουσαν τοὺς πολλοὺς, ἥλιον ἀντὶ Θεοῦ σέβοντας, καὶ ἀθέους ἐν νυκτὶ ὑπάρχοντας, τῇ ἐκείνου δύσει· μή ποτε νομισθῶσιν οἱ καρποὶ τῇ τοῦ ἡλίου θέρμῃ ἐκθληθέντες τῆς γῆς πέπτεσθαι, καὶ οὐ τῇ πάντα πρυτανευούσῃ θείᾳ ῥώμῃ τελειοῦσθαι ἕκαστον πρὸς τὸ ὑπ' ἐκείνης ὁρισθὲν μέγεθος. Ἢ αὖ πάλιν μή ποτε ἀρχηγὸν καὶ πατέρα φωτὸς τὸν ἥλιον οἰηθῶσί τινες, διὰ τοῦτο πρεσβυτέρα τῆς οὐρανίου ἡ τῆς γῆς διακόσμησις.

INTERROGATIO LXXXVIII.

Quare non cœlum tanquam primum a se creatum exornavit, sed ejus quæ post illud condita est, terræ priorem curam habuit, cum tamen secundum consequentiam creationis deberet addita fuisse cœlo primum exornatio?

*Responsio.*

Propter errorem de multitudine deorum qui oriturus erat, qui etiam nunc apud multos obtinet, qui solem pro deo colunt, cum noctu ad illius occasum sint impii, ne existimaretur fructus calore solis productos a terra digeri, et non ab omnium moderatrice divina potentia unumquodque perfici ad eam quæ ab illa definita est, magnitudinem, vel etiam, ne auctorem et patrem lucis solem putarent aliqui, eam ob causam terra priusquam cœlum est exornata.

ΠΕΥΣΙΣ ΠΘ'.

Καὶ διὰ τί μὴ τῇ πρώτῃ ἡμέρᾳ, τῆς ἀβύσσου ἔτι ἐπεχούσης τὰ ἐπουράνια, καὶ μήπω συναχθείσης πρὸς μίαν συναγωγὴν, μὴ ἐποίησεν ἥλιον καὶ σελήνην καὶ ἀστέρας;

Ἀπόκρισις.

Ἐπεὶ οὐδέπω ἦν τὸ στερέωμα ἐν ᾧ οἱ φωστῆρες ἤμελλον ἀνατίθεσθαι. *Ἐν ἀρχῇ* γὰρ, φησὶν, *ἐποίησεν ὁ Θεὸς τὸν οὐρανὸν, καὶ τὴν γῆν*· οὐ τὸν ὁρώμενον, ἀλλὰ τὸν ὑπερκείμενον τοῦ ὁρωμένου.

INTERROGATIO LXXXIX.

Et quare non die primo, abysso adhuc obtinente cœlestia, nondumque congregata aqua ad congregationem unam, fecit solem et lunam et stellas?

*Responsio.*

Eo quod nondum erat firmamentum in quo luminaria erant reponenda. *In principio* enim, inquit, *fecit Deus cœlum et terram* [48]. Non id quod cernitur, sed supra id quod cernitur, constitutum.

ΠΕΥΣΙΣ Ϟ'.

Τί οὖν καὶ πλῆθος λέγεις οὐρανῶν ὑπάρχειν ὑπεράνω τοῦ στερεώματος;

Ἀπόκρισις.

Ἀριθμὸν μὲν οὐδεὶς τῶν θεσπεσίων πώποτε ἀπεφήνατο πλὴν τοῦ ὑψηλοῦ Ἀποστόλου, ἕως τρίτου διαπεφοιτηκέναι βοῶντος· οὐ μέντοι μέχρις αὐτῶν στήσας τὸν ἀριθμόν. Τὸ γὰρ φῆσαι ἁρπαγέντα ἕως τρίτου οὐρανοῦ, δι' ἄρθρου τοῦ, ἕως, ὑπηνίξατο ὑπερκεῖσθαι καὶ ἑτέρους τῶν τριῶν. Καὶ Δαβὶδ ὁ τῶν θείων μελῳδὸς, *Αἰνεῖτε τὸν Κύριον*, φησὶν, *ἐκ τῶν οὐρανῶν*· καὶ οἱ περὶ τὸν Ἀνανίαν θεσπέσιοι, *Εὐλογεῖτε*, φασὶν, *οἱ οὐρανοὶ Κυρίου, τὸν Κύριον*· ἄμφω τὸν ἀριθμὸν διὰ τοῦ πνεύματος σιωπήσαντες. Τί γὰρ ἡμᾶς ὀνήσει τὸν κορυφαῖον καὶ ὑπέρτερον τοῦ ἀριθμοῦ γινώσκειν οὐρανὸν, μηδὲ τοῦ πρώτου, καὶ ὑπὲρ κεφαλῆς ἡμῶν, ἐπιβῆναι τῇ διανοίᾳ βουλομένους, ὕλῃ βαρουμένους καὶ πάθεσι, τὸ διανοητικὸν ἠμαυρωμένοι, πρὸς τὰ κάτω καὶ χαμαὶ κείμενα κεχηνότες;

INTERROGATIO XC.

Num et multitudinem dicis cœlorum esse supra firmamentum?

*Responsio.*

Numerum quidem nullus sanctorum unquam pronuntiavit, excepto eximio Apostolo, qui ad tertium se pervenisse clamat [49]. Non tamen in eo numerum ipsorum collocat; nam quod inquit se raptum in tertium cœlum usque, per articulum, *usque*, subinnuit etiam alios supra tres constitutos esse. Et Davides divinorum auctor carminum, *Laudate Dominum ex cœlis*, inquit [50]. Et socii Ananiæ divini, *Benedicite*, inquiunt, *cœli Domini, Dominum* [51]: utrique numerum per spiritum subticentes. Quid enim nos juvabit summum, et numero superius scire cœlum, cum ne id quidem quod est ante et super capita nostra, conscendere mente velimus, materie crassa gravati et affectibus, id quod mente percipi potest, obscurantes, inferioribus et humi positis semper inhiantes?

ΠΕΥΣΙΣ ϞΑ'.

Τί οὖν; ἄλλο νομίζεις τῇ φύσει τὸν ὑπερκείμενον παρὰ τὸν ὁρώμενον τοῦτον καὶ στερέωμα λεγόμενον;

Ἀπόκρισις.

Λεπτοτέρας αὐτοὺς ὑπάρχειν οὐσίας φημὶ παρὰ τὸν δευτερούμενον, ὡς ὑπερτεροῦντας, καὶ κουφοτέ-

INTERROGATIO XCI.

Quid igitur? num aliud secundum naturam putas id quod supra positum est, ab eo quod cernimus, et firmamentum dicimus?

*Responsio.*

Subtilioris illa esse substantiæ dico ab eo quod secundum est, tanquam superiora et leviora velut

[48] Gen. I, 1. [49] II Cor. XII, 2. [50] Psal. CXLVIII, 1. [51] Dan. III, 59.

bullæ in glacie enascentes. Id autem quod cernitur, densius, propter gestationem ultramundanorum [52]. *Laudate* enim *Deum in firmamento virtutis suæ*, inquit Davides [52]. Cum hoc autem consentiunt Ananiæ socii qui canunt, *Sis benedictus*, inquiunt, *in firmamento cœli* [53]. Ante hos autem Moses indicavit, aliud quidem esse quod initio mundi factum est cœlum primo die, aliud vero quod secundo firmamentum. Nam illic quidem, *In principio*, inquit, *fecit Deus cœlum et terram* [54]; hic autem, *Et dixit Deus : Fiat firmamentum* [55], alterius et naturæ et usus.

## INTERROGATIO XCII.

Quomodo vero non delabuntur per præruptam compagem firmamenti aquæ, quæ supra ipsum sunt?

*Responsio.*

Non omnino concavæ sunt summitates, sed æquales et planæ, velut balneorum tectum et sub antris structuræ docent; quæ inferne quidem aspectæ, convexæ visuntur, superne vero apparentes, declives et planæ et habitabiles sunt. Ad eumdem modum et divinæ protensiones, inferne concavæ videntur in supernis esse; superne supinæ et æquales sunt, ad se recipientes præclaros in Ecclesiis viros. Non enim eo modo quo mortales, operatur Deus, neque eadem ratione, aut nunc hoc, nunc aliud fundamentum ponit; sed supra molle concameravit gravius; instabili autem et diffluenti crassum et materiale prævalet. Atqui sub cœlo quidem aera et eminentiam abyssi expandit, terræ vero aquas inseruit, sub levioribus graviora conspici imperans. Utraque vero ex divinorum carminum auctore discimus : *Qui stabilit in aquis superiora ejus, qui ponit in nube ascensum suum* [56]. Et post alia : *Confitemini*, inquit, *Domino, qui firmavit terram super aquis* [57]. Atque architecti quidem pro magnitudine domorum in altum ædificantes proportione altitudini respondentia fundamenta subdunt; et navium structores decem millium capacem navem fabricantes, congruentem ponderi mercium carinam conglutinant. At Deus meus primo fastigium superne extendit, atque sic demum fundamentum supposuit : primum vela expandit, ita demum navem hujus creaturæ subtus fabricatus est, quasi in ponto ferentem procellosam hanc et instabilem vitam, quæ neque læta durabilia, neque tristia possidendo perseverare potest, usquequo tranquillum consummationis portum subierit ex præsentis turbinis procella. O miraculum! Quomodo solubili innatat terra? Quomodo per liquidum non penetrat grave? Quomodo montes in molli non submerguntur? Oblitus sum mei ad Deum dicens : Quomodo? Quis enim intelliget quo pariete contineatur abyssus, aut quis extremus ejus fundus et angiportus inferiora continens? ad immensa enim et infinita deficit meus intellectus, dum sic procedit, præter

ρους, οἷον πομφόλυγας ἐπὶ κρυστάλλου πεφυκότας· τὸν δὲ ὁρώμενον, στεγανώτερον διὰ τὸ φέρειν τὰ ὑπερκόσμια. *Αἰνεῖτε γὰρ τὸν Θεὸν ἐν στερεώματι δυνάμεως αὐτοῦ*, φησὶν ὁ Δαβίδ· συμφώνως δὲ τούτῳ οἱ περὶ Ἀνανίαν ᾄδοντες, *Εὐλογημένος εἶ*, φασὶν, *ἐν τῷ στερεώματι τοῦ οὐρανοῦ*. Πρὸ δὲ τούτων Μωσῆς ἐδήλωσεν, ἕτερον μὲν ὑπάρχειν τὸν ἐν ἀρχῇ κόσμου γενόμενον οὐρανὸν ἐν τῇ πρώτῃ ἡμέρᾳ, θάτερον δὲ τὸ ἐν τῇ δευτέρᾳ στερέωμα. Ἐκεῖ μὲν γὰρ, *Ἐν ἀρχῇ*, φησὶν, *ἐποίησεν ὁ Θεὸς τὸν οὐρανὸν καὶ τὴν γῆν*· ἐνταῦθα δὲ, *Καὶ εἶπεν ὁ Θεός· Γενηθήτω στερέωμα*, ἑτέρας καὶ φύσεως καὶ χρήσεως.

## ΠΕΥΣΙΣ ϞΒʹ.

Καὶ πῶς οὐ κατολισθαίνει τῆς σκυρωτῆς πήξεως τοῦ στερεώματος τὰ ὑπεράνω αὐτοῦ ὕδατα;

*Ἀπόκρισις.*

Οὐ πάντως κῦβος τὰ νῶτα ὑπάρχει, ἀλλ' ἴσος καὶ ὁμαλὸς, καθὼς ὁ τῶν λουτρῶν ὄροφος καὶ τῶν ὑπ' ἄντρων οἰκοδομαὶ παιδεύουσι, τῇ μὲν κάτωθεν ὄψει κυβηνὰ ἱστορούμενα, τῇ δὲ ἄνωθεν ἐπιφανείᾳ, πρανῆ τε καὶ ἰσόπεδα καὶ ἐποικούμενα. Ὡσαύτως καὶ τὰ θεῖα προτενίσματα κάτωθεν κοῖλα πρὸς τὸ ἄνω φαινόμενα, ἄνωθεν ὕπτια καὶ ὁμαλὰ, ἐπευναζόμενα τοὺς σπουδαίους τῶν Ἐκκλησιῶν ἔχοντας. Οὐ γὰρ παραπλησίως βροτῶν ἐργάζεται Θεὸς, οὐδὲ ἀναλόγους ἢ καταλλήλους θεμελίους τῇ κτίσει ὑποτίθεται· ἀλλὰ τῷ μαλακῷ τὸ βαρύτατον ἐπεκαμάρωσεν, τῷ δὲ ἀστάτῳ καὶ ῥέοντι τὸ παχὺ καὶ ὑλῶδες περικρατεῖ· τῷ μὲν οὐρανῷ τὸν ἀέρα καὶ τὰς ἐξοχὰς τῆς ἀβύσσου ὑφαπλώσας, τῇ δὲ χέρσῳ τὰ ὕδατα ὑποκρίνας, τοῖς κουφοτέροις τὰ βαρύτερα φαίνεσθαι πρυτανεύων· ἑκάτερα δὲ ὑπὸ τοῦ μελῳδοῦ τῶν θείων παιδευόμεθα· *Ὁ στεγάζων ἐν ὕδασι τὰ ὑπερῷα αὐτοῦ, ὁ τιθεὶς νέφη τὴν ἐπίβασιν αὐτοῦ*· καὶ μεθ' ἕτερα, *Ἐξομολογεῖσθε*, φησὶ, *τῷ Κυρίῳ τῷ στερεώσαντι τὴν γῆν ἐπὶ τῶν ὑδάτων*. Καὶ οἰκοδόμοι μὲν μεγέθη οἰκιῶν εἰς ὕψος οἰκοδομοῦντες, ἀναλόγους τοῦ ὕψους τοὺς θεμελίους ὑποτίθενται· καὶ ναυπηγοὶ μυριοφόρον ὁλκάδα τεκταινόμενοι, καὶ συμβαίνουσαν τῷ βάρει τῶν ἀγωγίμων τὴν τρόπιν πήγνυνται· ὁ δὲ Θεός μου πρῶτον τὴν ὀροφὴν ὑπερέτεινε, καὶ εἶθ' οὕτως τὸν θεμέλιον ὑπέθηκε· πρῶτον τὰ ἱστία ὑπερήπλωσεν, εἶθ' οὕτως τὴν ναῦν τῆς κτίσεως ὑπετεχνήσατο ποντοποροῦσαν τὸ κλυδώνιον ταύτης, καὶ ῥέουσαν ζωὴν, τὴν μηδὲ τὰ φαιδρὰ μόνιμα, μηδὲ τὰ λυπηρὰ διαρκῆ κεκτημένην, μέχρις ἂν πρὸς τὸν εὔδιον τῆς συντελείας πορθμὸν ὑπεξέλθῃ τῆς ζάλης τὰ νῦν. Ὢ τοῦ θαύματος! πῶς τῷ φθαρτικῷ ἡ χέρσος ἐπινήχεται; πῶς οὖν οὐ διαδύνει ἡ βαρεῖα τῷ ῥέοντι; πῶς τῷ μαλακῷ τὰ ὄρη οὐ γίνεται ὑποβρύχια; Λέληθα ἐμαυτὸν ἐπὶ Θεοῦ φάσκων τὸ πῶς. Τίς γὰρ εἴσεται; τίνι γὰρ τειχίῳ ἡ ἄβυσσος περιέχεται, ἢ τίς ὁ ἔσχατος αὐτῇ πυθμὴν καὶ στενωπὸς τὸ κάτω συνέχων; Εἰς ἀμήχανα γὰρ καὶ ἀπέραντα ἐκπίπτει μου ἡ διάνοια, ἐκείνου ἐμβατεύουσα, ἀεὶ τοῖς εὑρισκομένοις βάθροις καὶ ὑπερείσμασιν ἐπινοοῦσα ἕτερα·

[52] Psal. CL, 1. [53] Dan. III, 56. [54] Gen. I, 1. [55] ibid 6. [56] Psal. CIII, 3. [57] Psal. CXXXV, 1, 6.

inventas sedes imas et bases insuper alias excogitans, ultra quas quod succurrat nihil est; Solomone inclamante, *Sublimiora te ne quæras, et profundiora te ne scruteris* [58]. Quæ tibi mandata sunt, illa cogita, credens conservatricem universi divinam potentiam omnia sustentare et conservare, et omnia penetrare, ad gubernandum in universa omnia.

## INTERROGATIO XCIII.

Unde facta sunt luminaria sol et luna, et astrorum cœtus? Quod Dei quidem sit opificium scimus, sed de substantia quærimus.

*Responsio.*

Ex primigenia luce mihi videntur luminaria esse. Nam materiam lucis producens Deus, inquit, *Fiat lux, et facta est lux* [59]. Transmutans autem in varias species materiam, inquit, *Fiant luminaria* [60]. Veluti si quis primum promat massam auri, quam in numismata secans, duo præcellere magnitudine faciat, et in orbe permagno conjungat, domusque tecto applicet; oblectans quidem aspicientium oculos, immortalia vero faciens monumenta suæ industriæ. Ipsaque procul a firmamento removens, deinceps illi subjecit. Inquit enim ipse divinorum enarrator Moses, *Et fecit Deus luminaria magna* [61]. Hic mihi attentas aures præbe, o præclare. Nam ex ipsa elocutione manifestum faciam, luminarium creationem extra firmamentum esse. Inquit enim Moses, *Et posuit ea in cœlo* [62], inferiora significans, aut extra tectum orbes ipsorum describens, sicque deinde ei subjecta esse.

## INTERROGATIO XCIV.

Num simul illa duo constabilivit, aut a se invicem disjunxit?

*Responsio.*

Etiam post terræ exornationem sol productus est, ne ipsum aliqui lucis auctorem nominarent, neve de terra nascentium opificem. Primum enim lucis natura producta est. Quarto vero die solaris corporis currus primigeniæ luci paratus est, velut aliqua lucerna propter impositum sibi ignem. Quemadmodum autem aliud quidem est albedo, aliud vero dealbatum corpus: sic et hæc diversa cum sint, unita sunt, licet discreta sint. Enimvero quæ opinione nostra sunt separabilia, operatione differunt, virtute ejus qui fecit. Qui et urendi vim in igne a splendore separavit, velut in rubo et in fornace trium puerorum, cujusmodi et in terribili judicio audimus ignem fore, qui justos quidem illuminet, comburat vero peccatores. Quemadmodum testatur Davides: *Vox Domini perrumpentis flammam ignis* [63]. Eorum vero quæ de passionibus lunæ quæruntur, brevis comprehensio est, quod decrescens non toto corpore suo consumatur, sed circumjacente luce deposita, rursusque assumpta, de-

ἀλλ' ἐπεδέθη αὐτῆς ἡ οὐδενία, τοῦ Σολομῶντος ἐπιβοήσαντος· *Ὑψηλότερά σου μὴ ζήτει, καὶ βαθύτερά σου μὴ ἐξέταζε.* Ἃ προσετάγη σοι, ταῦτα διανοοῦ, πιστεύων τὴν συνεκτικὴν τοῦ παντὸς θείαν ῥώμην πάντα διακρατεῖν, καὶ σώζειν, καὶ διὰ πάντων ἥκειν, καὶ πρυτανεύειν τὰ σύμπαντα.

## ΠΕΥΣΙΣ ϞΓ'.

Πόθεν ἐγένοντο οἱ φωστῆρες ἥλιος καὶ σελήνη καὶ ὁ τῶν ἄστρων χορός; ὅτι μὲν Θεοῦ τὸ ἔργον, οἴδαμεν, ἀλλὰ τὴν οὐσίαν ἐπιζητοῦμεν.

*Ἀπόκρισις.*

Ἐκ τοῦ πρωτογόνου φωτὸς δοκεῖ μοι τοὺς φωστῆρας ὑπάρχειν. Τὴν γὰρ ὕλην τοῦ φωτὸς παράγων ὁ Θεὸς, φησί· *Γενηθήτω φῶς, καὶ ἐγένετο φῶς.* Μετασκευάζων δὲ πρὸς τὰς διαφόρους ὄψεις τὴν ὕλην, φησί· *Γενηθήτωσαν φωστῆρες.* Ὡς εἴ τις πρότερον προβάλλοι τοῦ χρυσίου μάζαν, ταύτην δὲ εἰς νομίσματα κερματίσας, δύο ὑπερέχειν τῷ μεγέθει ποιήσῃ, καὶ ἐπὶ δίσκου παμμεγέθους κατακολλήσῃ, καὶ τῇ ὀροφῇ τῆς οἰκίας ὑπαρτήσῃ, τέρπων μὲν τὰς ὄψεις τῶν ἱστορούντων, ἀθανάτους δὲ ποιῶν τὰς μνήμας τῆς σφῶν ἀγχινοίας· πόῤῥω δὲ τοῦ στερεώματος ποιήσας αὐτοὺς, τότε ὑπέθηκεν αὐτῷ. Φησὶ γὰρ αὐτὸς ὁ τῶν θείων Μωσῆς· *Καὶ ἐποίησεν ὁ Θεὸς τοὺς δύο φωστῆρας τοὺς μεγάλους.* Ἐνταῦθά μοι πῆξον τὴν ἀκοὴν, ἀξιάγαστε. Ἐν γὰρ τῇ λέξει τὸ σαφὲς παραστήσω τῆς ἔξω τοῦ στερεώματος τῶν φωστήρων γενέσεως· φησὶ γὰρ Μωσῆς· *Καὶ ἔθετο αὐτοὺς ἐν τῷ οὐρανῷ*· δηλῶν κάτω, ἢ ἔξω τῆς ὀροφῆς τοὺς πίνακας αὐτῶν γράφων· καὶ εἶθ' οὕτως ὑποτίθενται αὐτῷ.

## ΠΕΥΣΙΣ ϞΔ'.

Ὁμοῦ τοὺς δύο ἔπηξεν, ἢ ἀλλήλων αὐτοὺς διέστησεν;

*Ἀπόκρισις.*

Καὶ μετὰ τὴν τῆς γῆς διακόσμησιν ὁ ἥλιος παρήχθη, ἵνα μὴ φωτὸς ἀρχηγὸν αὐτόν τινες ὀνομάσωσι, μήτε τῶν ἐκ γῆς φυομένων δημιουργόν. Πρῶτον μὲν γὰρ τοῦ φωτὸς ἡ φύσις παρήχθη· τῇ δ' δὲ ἡμέρᾳ τὸ ἡλιακὸν τοῦ σώματος ὄχημα εἶναι τῷ πρωτογόνῳ φωτὶ παρεσκεύασται, ὥσπερ τις λύχνος διὰ ἐπιτεθησόμενον αὐτῷ πῦρ. Ὥσπερ δὲ ἕτερον μὲν ἡ λευκότης, ἕτερον δὲ τὸ λελευκασμένον σῶμα· οὕτω καὶ ταῦτα διάφορα ὄντα ἥνωνται, εἰ καὶ ἀδιαίρετά εἰσιν. Ἀλλ' ἅτινα ἡμῖν τῇ ἐπινοίᾳ εἰσὶ χωριστὰ, ταῦτα τῇ ἐνεργείᾳ διΐστανται τῇ δυνάμει τοῦ ποιήσαντος· ὃς καὶ τὴν καυστικὴν δύναμιν τοῦ πυρὸς ἀπὸ τῆς λαμπρότητος διεχώρισεν, ὡς ἐν τῇ βάτῳ καὶ ἐν τῇ καμίνῳ τῶν τριῶν παίδων οἷόν τι ἀκούομεν, καὶ τὸ ἐν τῇ φοβερᾷ κρίσει πῦρ τοὺς δικαίους φωτίζον, καὶ πιμπρῶν τοὺς ἁμαρτωλοὺς, ὡς μαρτυρεῖ Δαβίδ· *Φωνὴ Κυρίου διακόπτοντος φλόγα πυρός.* Ἐκ δὲ τῶν περὶ σελήνην παθῶν τῶν ζητουμένων κατάληψις· λήγουσα γὰρ, οὐ τῷ παντὶ αὐτῆς σώματι δαπανᾶται, ἀλλὰ τῷ περικείμενον φῶς ἀποτιθεμένην, καὶ προσλαμβάνειν

[58] Eccli. III, 22. [59] Gen. I, 3. [60] ibid. 14. [61] ibid. 16. [62] ibid. 17. [63] Psal. XXVIII, 7.

:rementi et incrementi species præbeat. Potest enim in aere puro videri ejus obscuratio tanta circumferentia circumscripta, quanta in pleniluniis est. Idem intelligas de sole, nisi quod hic quod semel accepit, id inseparabile habet; illa vero assidue induitur et exuitur. Et hæc de sole dicta creduntur. Porro situm eorum ex Mosaico scripto intelligamus. Inquit enim: *Et fecit Deus duo luminaria magna, et posuit ea in firmamento: luminare magnum in dominium diei, et luminare minus in dominium noctis*[64]. Ergo sibi invicem e regione opposita locavit, illum quidem in regione matutina, hanc vero in vespertina. Et illum quidem qui diei præesset: hanc vero quæ nocti. Ut sibi ex opposito currentes, ille quidem per diem nocturnum, hæc autem per noctem diurnam, ad eumdem pertingant ortum. Ut inclinante die, hæc in summum ortus matutini veniat, agens velut regina, splendoribus noctem exhilarans. Ille vero tenebris ingravescentibus ad idem centrum appellens, veluti rex præsidentia sua regionem omnem quæ sub cœlo est, illustret. Ut sit illius quidem ortus, hujus occasus; et hujus præsidentia, illius subtractio. Ut perficiatur illud, *Dominentur diei et nocti*[65].

## INTERROGATIO XCV.

Quomodo cum elapsi essent dies ab ortu rerum quatuor, plena erat luna, et totum mundum illustrabat, non aliter ac si dies quindecim elapsi fuissent? Quomodo vero hodie cum itidem quatriduana est, non similiter per noctem illuminat mundum?

*Responsio.*

Τὸ μὲν ἀρχέγονον σκότος εἶπας τῇ διατάσει τοῦ οὐρανίου γεγονέναι σώματος, καὶ εὖ ἔχει περὶ τούτου. Πῶς δὲ τὴν νύκτα ὁρῶμεν αὐτομάτως γινομένην, οὐδενὶ τόπῳ (79) ἐκτυπουμένην;

*Ἀπόκρισις.*

Ἀνωτέρω μὲν τὸν περὶ νυκτὸς ἀποδέδωκα λόγον· ἀμυδρᾷ δὲ καὶ νῦν εἰκόνι χρησάμενος ἀποδείξω, μὴ αὐτομάτως αὐτὴν συνίστασθαι, μηδὲ ἔξω τῆς θείας χειρός. Ὥσπερ γὰρ οἱ πύργοι ὑπὸ τῶν οἰκοδόμων ἐγείρονται, καὶ τὰ λαξευτὰ ἢ χωνευτὰ ὑπὸ τεχνίτου χειρὸς διαγλύφεται, τὰ δὲ αὐτῶν ἀποσκιάσματα οὐχ ὑπὸ τεχνίτου γίνεσθαι πέφυκεν, ἀλλ' ὑπὸ τῶν παρ' ἐκείνων γενομένων ἀποτελεῖται· εἰ οὖν καὶ θάτερα θατέροις τινὰ παρυφίσταται τύπῳ τινὸς ἐκτυπούμενα, ἀλλ' οὖν γε οἱ τύποι ἀπ' ἀρχῆς ὑπὸ τεχνίτου χειρὸς γεγόνασι· καὶ ἡ νὺξ τοίνυν οὐκ αὐτομάτη συνίσταται, ἀλλὰ τῆς χέρσου ὑπάρχει ἀποσκίασμα, καθὼς μικρὸν ὕστερον ἀποδείξω, νῦν ἡμᾶς τοῦ καιροῦ ἐπὶ τὴν θείαν τῶν μυστικῶν τελετὴν συνωθοῦντος, καὶ τοῦ θιάσου καραδοκοῦντος.

(79) Τόπῳ. Forte τύπῳ. Ed.

INTERROGATIO CXIV.

Tenebras quidem primigenias dixisti per separationem cœlestis corporis esse factas, quod quidem recte dicitur. Quomodo vero noctem videmus sponte fieri, nulla forma expressam?

*Responsio.*

Supra quidem de nocte rationem reddidi, et nunc obscura similitudine utens demonstrabo non fortuito ipsam exstitisse, neque extra divinam manum. Quemadmodum turres ab ædificantibus exstruuntur, et sculpta vel conflata per artificis manum perpoliuntur; ab ipsis autem umbræ redditæ non ab artifice fieri solent, sed per ea quæ ab illis facta sunt efficiuntur. Proinde si alia quædam cum aliis exsistere solent, forma alicujus expressa: utique et formæ ab initio manu opificis factæ sunt. Ideoque nox quoque non per se exsistit, sed umbra terræ est, quemadmodum paulo post demonstrabo, quando nos modo ratio temporis ad peragenda sacra mysteria, sancto cœtu nos exspectante, compellit.

# ΔΙΑΛΟΓΟΣ Γ'.

ΠΕΥΣΙΣ ΡΙΕ'.

Χθὲς τῆς ὥρας κατεπειγούσης, σήμερον ἡμῖν τὰ λείψανα τῆς τραπέζης ἐκείνης ἀπόδος, τὰ περὶ νυκτὸς ἡμῖν πλατυτέρως σαφηνίζων, καὶ διὰ τί ἡ ἀρχέγονος ἡμέρα, οὐ πρώτη παρὰ τῆς Γραφῆς εἴρηται, ἀλλὰ μία· ὅπερ ἀνοίκειον πρὸς τὰς ἐπιγόνους μοι φαίνεται. Εἰ γὰρ δευτέρα καὶ τρίτη αἱ μετ' αὐτὴν ὀνομάζονται, ἀκολουθότερον ἦν κατάρχουσαν αὐτῶν πρώτην καὶ οὐχὶ μίαν λεχθῆναι.

*Ἀπόκρισις.*

Τὸ ἡμερονύκτιον μίαν φησὶν ἡμέραν, τῷ ἐπικρατεστέρῳ τοῦ παντὸς διαστήματος, τῶν εἰκοσιτεσσάρων ὡρῶν τὸ κῦρος ἀπένειμεν. Οὕτω γὰρ φράζειν εἴωθε πολλαχοῦ ἡ θεία Πυκτὴ, ἐν τῇ ἀριθμήσει τοῦ χρόνου ἡμέρας ἀριθμοῦσα, οὐχὶ δὲ καὶ νύκτας. Ἀκούεις δὴ τοῦ θείου μελῳδοῦ· *Αἱ ἡμέραι ἐτῶν ἡμῶν ἐν αὐτοῖς ἑβδομήκοντα ἔτη.* Πρὸ τούτου δὲ Ἰακὼβ ὁ πατριάρχης φησίν· *Αἱ ἡμέραι τῆς ζωῆς μου μικραὶ καὶ πονηραί.* Πάλιν δὲ ὁ τῶν θείων μελῳδός φησι· *Καὶ τὸ κατοικεῖν με ἐν οἴκῳ Κυρίου, πάσας τὰς ἡμέρας τῆς ζωῆς μου* Οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ ὁ θεῖος εὐαγ-

# DIALOGUS III.

INTERROGATIO CXV.

Quia tempus heri plus æquo nos urgebat, hodie nobis illius mensæ reliquias exponito, quæque de nocte tractanda veniunt, latius nobis edissere; et quare *dies illa* primigenia non sit prima sacris in Litteris dicta, sed *una* [82]. Id quod mihi minus convenire videtur ad eas quæ post ortæ sunt. Nam si secunda et tertia fuere, quæ post istam nominantur, convenientius erat, eam quæ harum erat exordium, primam, non unam, dici.

*Responsio.*

Diem cum nocte conjunctam, diem vocat auctor historiæ, potiorique parti totius intervalli viginti quatuor horarum, primas partes tribuit. Sic enim multis in locis divina pagina loqui consuevit, in supputatione temporis dies numerans, non noctes. Audis quid dicat divinorum ille carminum auctor: *Dies annorum nostrorum annos septuaginta* [83] continent. Ante hunc autem Jacobus ille patriarcha inquit: *Dies vitæ meæ pauci et mali* [84]. Rursus idem auctor divinorum carminum inquit: *Ut habitem in domo Domini omnibus diebus vitæ meæ* [85].

[82] Gen. I, 5. [83] Psal. LXXXIX, 10. [84] Gen. XLVII, 9. [85] Psal. XXII, 6.

Quin et divus inquit evangelista : *Ante sex dies Paschæ venit Jesus in Bethaniam* [97]. Et Dominus ipse divinitus suos alloquens ait : *Scitis post biduum actum iri Pascha* [98]. Quapropter quæ nunc in specie narrationis tradita sunt, pro lege in sequentibus habeantur : *Et fuit*, inquit, *vesper et fuit mane, dies unus* [99] : cum dies jam ante præcessisset, exstitit vesper, ex vespere vero nox, ex nocte autem mane, ubi jam unius diei finis est, quæ per viginti quatuor horas diei potiorem partem sibi vindicat, subaudita videlicet nocte sub appellatione diei, per viginti quatuor horas. Quo fit ut etiam tempore conversionum solis æstivarum, quæ solstitia vocant, noctem dies intervallis excedat. At tempore quod æquinoctio destinatum est, prorsus oportet utrasque æquales esse, vicissim a se invicem auferentes id quod deest. Sed et cœli facies, rursus ad eamdem reversa constitutionem, una dies merito appellatur; quemadmodum in terra fieri solet, ut interjectum ab uno florum proventu ad alium, tempus, annus vocetur. Quamobrem quoties vesper et mane secundum solis circuitum mundum occupat, non in tempore majore quam unius diei spatio, significetur dies una cum nocte conjunctus, et luminarium ad priorem constitutionem reversio. Vel potius tribui plus debere mihi videtur illi rationi, quæ secreto traditur. Quod nimirum qui temporis naturam fecit Deus, in mensuras ejus et signa, dierum intervalla ordinaverit, ipsumque per hebdomadem dimetiens, semper hebdomadem in semetipsam revolvi jubet, temporis hoc modo dinumerans motum, sicut hebdomadem rursus explet dies, septies in semetipsam revoluta. Id autem circularis est figura, a semetipso incipere, et in semetipsum desinere : quod scilicet etiam ævi proprium est; et in semet ipsum reverti nusquam terminatum. Propterea caput temporis non primam dierum, sed unam nominavit, ut ipsa appellatione cognationem cum ævo haberet. Quandoquidem enim unitatis, et ejus quod communionis ad aliud expers est, notam nobis ostendit, proprie et convenienter appellata est una, cum ipsa in seipsa per omne sæculum in seipsam revolvatur.

## INTERROGATIO CXVI.

Et quonam pacto Litteræ sacræ multa esse sæcula demonstrantes, sæcula vocant sæculorum? Et Davides in fine psalmi dicit : *Confitemini Domino, cœli, quoniam in omnia sæcula misericordia ejus* [1]? Et rursus idem : *Exaltabo te, Deus meus, rex meus, et benedicam nomen tuum in sæculum, et in sæculum sæculi* [2]? Ecce tria sæcula in centesimo quadragesimo quarto psalmo. Sed et in iis quæ dicuntur a sacrorum ministris, Deo gratiarum actionem offerentibus, et imperium in omnia tribuentibus, hæc proferri audimus : *Imperium et regnum, et potestas.*

γελιστής φησιν· *Πρὸ ἓξ ἡμερῶν τοῦ Πάσχα ἦλθεν ὁ Ἰησοῦς εἰς Βηθανίαν.* Αὐτὸς δὲ θεηγορῶν, φησίν· *Οἴδατε, ὅτι μετὰ δύο ἡμέρας τὸ Πάσχα γίνεται.* Ὡς τὰ νῦν ἐν ἱστορίας εἴδει παραδοθέντα, νομοθεσία ὑπάρχει πρὸς τὰ ἑξῆς· *Καὶ ἐγένετο*, φησὶν, *ἑσπέρα καὶ ἐγένετο πρωΐ, ἡμέρα μία*· δηλονότι προϋπαρχούσης τῆς ἡμέρας ἐγένετο ἑσπέρα, ἐκ δὲ τῆς ἑσπέρας, νὺξ, ἐκ δὲ τῆς νυκτὸς. πρωΐ, ἔνθα περατοῦται ἡ μία ἡμέρα, διὰ τῶν τεττάρων καὶ εἴκοσι ὡρῶν τῆς μιᾶς ἡμέρας τὸ κῦρος ἔχουσα, συνυπακουομένης δηλονότι τῆς νυκτὸς τῇ ἡμέρᾳ διὰ τῶν εἰκοσιτεσσάρων ὡρῶν. Ὥστε καὶ ἐν ταῖς τροπαῖς τοῦ ἡλίου συμβαίνει ταύτην ἐκείνης ὑπερβαίνειν τοῖς διαστήμασιν. Ἀλλὰ τότε ἀφωρισμένῳ χρόνῳ τῆς ἰσημερίας, δεῖ πάντως ἰσομοίρους τυγχάνειν ἀμφοτέρας, ἀντισπωμένας παρ' ἀλλήλων τὸ λεῖπον. Καὶ ἡ τοῦ οὐρανοῦ δὲ ὄψις ἐπὶ τὴν αὐτὴν πάλιν ἀποκατάστασιν, μία ἡμέρα εἰκότως προσαγορεύεται· ὅπερ καὶ ἐπὶ τῆς χέρσου γίνεσθαι πέφυκεν, ἐκ τῆς αὐτῆς ἀνθοφορίας ἐπὶ τὴν αὐτὴν, ἐνιαυτὸν ὀνομάζεσθαι. Ὥστε οὖν ὁσάκις ἑσπέρα καὶ πρωΐ κατὰ τὴν τοῦ ἡλίου περίοδον ἐπιλαμβάνει τὸν κόσμον, μὴ ἐν πλείονι καιρῷ, ἀλλ' ἐν μιᾶς ἡμέρας διαστήματι σημαίνεσθαι τὸ ἡμερονύκτιον, καὶ τὴν αὐτὴν τῶν φωστήρων ἀποκατάστασιν· ἢ μᾶλλον [ἢ] κυριώτερός μοι δοκεῖ ὁ ἐν ἀποῤῥήτοις παραδιδόμενος· ὅτι ὁ τὴν τοῦ χρόνου φύσιν κατασκευάσας Θεὸς, μέτρα αὐτῷ καὶ σημεῖα τὰ τῶν ἡμερῶν ἐπάξε διαστήματα· καὶ ἑβδομάδι αὐτὸν ἐκμετρήσας, ἀεὶ τὴν ἑβδομάδα εἰς ἑαυτὴν ἀνακυκλοῦσθαι κελεύει, ἐξαριθμῶν τοῦ χρόνου τὴν κίνησιν· τὴν ἑβδομάδα δὲ εἰς ἑαυτὴν ἀνακυκλοῦσθαι, πάλιν (80) ἐκπληροῦν τὴν μίαν ἡμέραν, ἑπτάκις αὐτὴν εἰς ἑαυτὴν ἀναστρέφουσαν. Τοῦτο δὲ κυκλικὸν ὑπάρχει σχῆμα, ἀφ' ἑαυτοῦ ἄρχεσθαι, καὶ εἰς ἑαυτὸ καταλήγειν· ὃ δὴ καὶ τοῦ αἰῶνος ἴδιον, καὶ εἰς ἑαυτὸν ἀναστρέφειν μηδαμοῦ περατούμενον. Διὸ τὴν κεφαλὴν τοῦ χρόνου, οὐ πρώτην ἡμερῶν, ἀλλὰ μίαν ὠνόμασεν, ὅπως τῇ προσηγορίᾳ τὸ συγγενὲς ἔχῃ πρὸς τὸν αἰῶνα. Τοῦ γὰρ μοναχοῦ καὶ ἀκοινωνήτου πρὸς ἕτερον τὸν χαρακτῆρα δεικνῦσα, οἰκείως καὶ προσφυῶς προσηγορεύθη μία, αὐτὴ ἐν ἑαυτῇ διὰ παντὸς αἰῶνος ἀνακυκλουμένη εἰς ἑαυτήν.

## ΠΕΥΣΙΣ ΡΙϚ'.

Καὶ πῶς ἡ Γραφὴ πολλοὺς αἰῶνας ἐμφαίνουσα, λέγει αἰῶνας αἰώνων; καὶ Δαβὶδ πρὸς τῷ τέλει τοῦ ψαλμοῦ φησιν· *Ἐξομολογεῖσθαι* (81) *τῷ Κυρίῳ τοῦ οὐρανοῦ, ὅτι εἰς πάντας τοὺς αἰῶνας τὸ ἔλεος αὐτοῦ*; καὶ πάλιν ὁ αὐτός· *Ὑψώσω σε, ὁ Θεός ὁ βασιλεύς μου, καὶ εὐλογήσω τὸ ὄνομά σου εἰς τὸν αἰῶνα, καὶ εἰς τὸν αἰῶνα τοῦ αἰῶνος*; Ἰδοὺ τρεῖς αἰῶνες ἐν τῷ ἑκατοστῷ τεσσαρακοστῷ τετάρτῳ ψαλμῷ. Ἀλλὰ καὶ τῶν παρὰ τῶν ἱερέων ἀκούομεν τῷ Θεῷ εὐχαριστίαν ἀναφερόντων, καὶ τὸ κράτος κατὰ πάντων ἀπονεμόντων, ὅτε φασί· *Τὸ κράτος*, καὶ ἡ

[97] Joan. XII, 1. [98] Matth. XXVI, 2. [99] Gen. I, 5. [1] Psal. CXXXV, 26. [2] Psal. CXLIV, 1.

(80) Ἀνακυκλοῦσθαι, πάλιν. Leg. ἀνακυκλοῦσθαι, καὶ πάλιν, vel ἀνακυκλουμένην, πάλιν. EDIT.

(81) Ἐξομολογεῖσθαι. Leg. ἐξομολογεῖσθε. ID.

*βασιλεία*, καὶ ἡ *δύναμις*, καὶ ἡ *δόξα τοῦ Πατρὸς*, καὶ *τοῦ Υἱοῦ*, καὶ *τοῦ ἁγίου Πνεύματος*, *νῦν καὶ ἀεὶ*, καὶ *εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων*. *Ἀμήν*.

*Ἀπόκρισις.*

Ἀλλ' οὐκ ἐκ τούτων πολλοὺς αἰῶνας ἀριθμεῖν παιδευόμεθα, ἀλλὰ καὶ ἀμείψεις πραγμάτων καὶ καταστάσεων, οὐ περιγραφὰς δὲ καὶ πέρατα, ἢ διαδοχὰς αἰώνων. *Ἡμέρα γὰρ Κυρίου μεγάλη καὶ ἐπιφανής*, φησὶν ὁ προφήτης· καὶ πάλιν, *Ἵνα τί ὑμῖν ζητεῖν τὴν ἡμέραν Κυρίου; καὶ αὕτη σκότος, καὶ οὐ φῶς*· σκότος δηλονότι τοῖς ἀξίοις, ἐπεὶ ἀνέσπερον καὶ ἀδιάδοχον τὴν ἡμέραν ἐκείνην οἶδεν ὁ λόγος· ἣν καὶ ὀγδόην ὁ τῶν θείων μελῳδὸς προσηγόρευσεν, *Ὑπὲρ τῆς ὀγδόης* ἐπισημάνας τῶν ἑαυτοῦ ψαλμῶν (81*). ἕτερον δὲ, γραφῇ, *Ὑπὲρ κληρονομούσης*, ὡς ταύτης καὶ μόνης τὰς λοιπὰς κληρονομούσης ἡμέρας, τοῖς ἀπεράντοις καὶ ἀτμήτοις διαστήμασι, τὸ δὲ κατὰ πάντων κῦρος ἀναδησαμένης, διὰ τὸ ὑπερτερεῖν καὶ ἔξω κεῖσθαι τοῦ ἑβδοματικοῦ τούτου κύκλου. Ὥστε κἂν ἡμέραν φήσω, κἂν αἰῶνα, τὴν αὐτήν φημι ἔννοιαν. Εἴτε γὰρ ἡμέρα εἴη, μία ἔσται, καὶ οὐ πολλαί· εἴτε αἰὼν προσαγορεύων (82), μοναχὸς ἂν εἴη καὶ ἀπέραντος. Πρὸς τὴν μέλλουσαν οὖν ζωὴν ἀνάγων ἡμῶν τὴν ἔννοιαν, μίαν ἔγραψε τὴν εἰκόνα τοῦ παντὸς αἰῶνος Μωσῆς ὁ ἱεροφάντης, τὴν ἀπαρχὴν τῶν ἡμερῶν, τὴν ὁμήλικα τοῦ φωτὸς, τὴν θείαν καὶ σεπτὴν Κυριακὴν, τὴν τῇ ἀναστάσει τοῦ Κυρίου τετιμημένην.

## ΠΕΥΣΙΣ ΡΙΖ'.

Ἐπειδὴ λέγουσί τινες ἐπαοιδίαις καὶ γοητείαις τὴν σελήνην κατάγεσθαι οὐρανόθεν· καὶ τὸ πλεῖστον μέρος τῆς ἀνθρωπότητος τῇ φήμῃ ταύτῃ κρατηθὲν, σίδηρον καὶ χαλκὸν κρούοντες, ὥσπερ ἐν ἐκστάσει γενομένην τῷ ἤχῳ, τῆς πλάνης αὐτὴν ἐπανάγεσθαι νομίζουσιν.

*Ἀπόκρισις.*

Μῦθοί τινες καταγέλαστοι ὑπὸ γραῶν κωθωνιζομένων πάντη διεδόθησαν παραληρούμενοι, μαγγανείαις τισὶ τῆς οἰκείας ἕδρας ἀποκινεῖσθαι, καὶ πρὸς γῆν αὐτὴν φέρεσθαι, καὶ ψηλαφᾶσθαι· ὅπερ πάσης ἀλογίας καὶ τῆς ἐσχάτης ἀπονοίας ὑπάρχον μοι δοκεῖ τὸν θεῖον παρακρούεσθαι μελῳδὸν, ᾄδοντα· *Σελήνην, ἀστέρας ἃ σὺ ἐθεμελίωσας*. Ποῖος δὲ ἄρα τόπος κατασπασθεῖσαν αὐτὴν ὑπεδέξατο; Ἧς δι' ἀμυδρᾶς εἰκόνος ἀποδείξω τὸ μέγεθος τοῖς εἰκαιοβούλοις· Αἱ κατὰ τὴν οἰκουμένην πόλεις πλεῖστον ἀλλήλων διεστῶσαι ταῖς κατὰ τὴν ἑῴαν κειμέναις καὶ τὴν ἑσπέραν, καὶ διαφόροις τῆς χέρσου ῥυμοτομίαις καὶ ὄχθαις, ἰσομοίρως πᾶσαι τὸ σεληνιαῖον φῶς ὑποδέχονται, ὅπερ τοῖς ἀρτίφροσιν ἱκανὸν πάσαις αὐτὴν ἀντιπρόσωπον καὶ ὑπερμεγέθη τυγχάνειν. Εἰ μὴ γὰρ οὕτως ἦν, πάντως ἂν τοὺς ἐπ' εὐθείας κατεφώτισε μόνους, τοῖς δὲ τὸ εὖρος αὐτῆς ὑπερπίπτουσιν ἐγκεκλιμέναις αὐγαῖς, διὰ τῶν πλαγίων παραθέουσα, προσέβαλεν

*et gloria Patris, et Filii, et Spiritus sancti, nunc et semper, et in sæcula sæculorum. Amen.*

*Responsio.*

At ex istis non docemur multa numerare sæcula, sed et mutationes rerum et statuum, non circumscriptiones et terminos aut successiones sæculorum. *Dies* enim *Domini magnus et illustris*, inquit propheta [3]. Et iterum : *At quid vobis prodest quærere diem Domini? etiam ipsa erit caligo, non lux* [4]. Caligo scilicet iis qui sic merentur. Siquidem absque vespere ac successione diem illam fore scimus, quam et octavam divinorum carminum auctor appellavit : *Pro octava* psalmos suos inscribens [5]. Alium item psalmum inscribit : *Pro ea quæ hæreditatem accipit* [6] : quasi hæc sola reliquarum dierum sit hæres, per infinita et expertia sectionum ullarum spatia cunctarum rerum imperio redimita : propterea quod superior sit, et extra septenarium hunc circulum posita. Quamobrem sive diem appellavero, sive sæculum et ævum : eodem utrumque proferetur intellectu. Sive enim dies fuerit, una erit, et non multæ; sive sæculum appelletur, unicum quid fuerit, et absque termino. Ad futuram igitur vitam subducens nostrum intellectum, unam diem dixit interpres ille rerum sacrarum Moses, ut quæ sit imago totius æternitatis, primitiæ dierum, coæva lucis, divina denique ac veneranda illa Dominica, quæ etiam ex Domini resurrectione honorem peculiarem est consecuta.

## INTERROGATIO CXVII.

Quomodo dicunt aliqui, incantamentis et præstigiis lunam cœlo detrahi? Maxima certe generis humani pars hujus rei fama persuasi et occupati, ferrum et æs pulsando, tanquam e potestate egressam per strepitum ab errore liberari putant.

*Responsio.*

Fabulæ quædam ridiculæ ab aniculis somniantibus ubique disseminatæ sunt, quarum delirium est, imposturis quibusdam propria sede lunam moveri, et ad ipsam terram ferri et contrectari. Id quod omnis absurditatis et extremæ dementiæ plenum refutare mihi, divinorum ille carminum auctor videtur, cum canit : *Lunam et stellas tu fundasti* [7]. Qualis autem locus, quæso, detractam ipsam unquam excepit? cujus exili quadam imagine magnitudinem vanis illis hominibus demonstrabo. Quæ per orbem terrarum sunt urbes, plurimum a se invicem secundum orientalem et occidentalem plagam dissitæ sunt, ac diversis viarum sectionibus editisque locis sejunctæ. Nihilominus æqualiter omnes lunare lumen suscipiunt. Id quod cordatis sufficit, omnibus ipsam urbibus obversam, et eximiæ magnitudinis esse. Nisi enim sic comparata res foret, omnino eos illustraret solos, qui recta

[3] Joel II, 1 sec. LXX. [4] Amos V, 18. [5] Psal. VI, 1; XI, 1. [6] Psal. V, 1. [7] Psal. VIII, 4.

(81*) *Τῶν . . . ψαλμῶν*. Anne τὸν . . . ψαλμόν? Edit.

(82) *Αἰὼν προσαγορεύων*. Fort. αἰῶνα προσαγορεύσω. Ed.

ipsi opponerentur : qui vero ad latus siti essent, eos inclinatis depressisque radiis oblique prætercurrens tantum attingeret. Non minus enim alia ratione eadem de hac declarabuntur. Si quando igitur ab excelso montis vertice campum conspiceres ingentem et planum, quantæ, obsecro, magnitudinis esse tibi viderentur boum juga? quantæ, aratores? quantæ, bubulcus aliquis cum mille boum armento, aut innumerus agnorum grex ad paludem balans? quantæ, ferociens equorum armentum, et in pratis exsultans? An non tibi formicis exiliores viderentur? Quod si etiam e specula vel aliquo colle ad amplissimum pelagus conversus, defixos in mare oculos conjiceres, quantæ tibi magnitudinis esse viderentur insulæ vel maximæ? quantæ, onerata quæpiam infinitis mercibus navis cum albis velis cæruleo invecta mari? An non quavis columba exiliorem tibi speciem aspectumque exhiberet, visu in aere absumpto, et evanescente ob intervallum, quo minus accurate ipsam oculus comprehendat? Itidem nonnullis in locis montes sunt maximi, qui in profunditatibus ambiuntur per convalles, et torrentium alveis cinguntur, ad quorum eminentias levis fluxusque visus fertur, et solam attingit superficiem, cum interjacentes concavitates penetrare et inspicere propter imbecillitatem nequeat. An non etiam quadratæ, et ad nubes altitudine pertingentes turres, humiles et rotundæ multis videntur ratione intervalli? Proinde nisi eximie magnum sit lunare corpus, non sane similiter omnibus ubique simili luce conspiceretur, amplitudine sua universæ terræ non cedens, simulque manifestam et his qui procul a terra in mari navigant, magnitudinis speciem præbens, et radiis suis lucens.

ἄν. Οὐδὲν ἧττον καὶ ἑτέρως τὰ περὶ ταύτης σαφηνισθήσεται. Εἴποτε οὖν ἀφ' ὑψηλῆς ἀκρωρείας πεδίον ἐθεάσω πολὺ καὶ ὕπτιον, ἡλίκα μέν σοι τῶν βοῶν κατεφάνη τὰ ζεύγη; πηλίκοι δὲ οἱ ἀροτῆρες, ἢ σὺν τῇ χιλιόμβῃ ὁ βουκόλος, ἢ τὸ μυρίαμνον ἐπὶ τοῦ ἕλους βληχόμενον; πηλίκη δὲ ἡ τῶν ἵππων ἀγέλη γαυριῶσα, καὶ ἐπὶ τῶν λειμώνων σκαίρουσα; εἰ μή σοι μυρμήκων ἀμυδρότεροι ἔδοξαν; Εἰ δὲ καὶ ἀπὸ σκοπιᾶς ἢ γεωλόφου τινὸς ἐπὶ μέγιστον πέλαγος τετραμμένος, τῇ θαλάττῃ τὰς ὄψεις ἐπέβαλες, ἡλίκαι μέσαι (82*) ἔδοξαν τῶν νήσων αἱ μέγισται; πηλίκη δέ σοι ὠράθη μία τῶν μυριοφόρων ὁλκάδων, λευκοῖς ἱστίοις ὑπὲρ κυανῆς ποντοπορούσα θαλάσσης; εἰ μὴ πάσης περιστερᾶς ἀμυδροτέραν σοι τὴν ἱστορίαν παρέσχετο, ἐνδαπανωμένης τῷ ἀέρι τῆς ὄψεως, καὶ ἐξιτηλουμένης τῷ διαστήματι, πρὸς τὴν ἀκριβῆ κατανόησιν; Ἤδη δέ που καὶ τῶν ὀρέων τὰ μέγιστα, βαθείαις ἐῤῥιγμένα (83) φάραγξιν καὶ χαράδραις περιφέρεται· καὶ λεία ἡ ὄψις ὑποτίθεται, ταῖς ἐξοχαῖς ἤτοι ἐπιφανείαις προσβάλλουσα μόναις, ταῖς δὲ μεταξὺ κοιλότησιν ἐμβῆναι καὶ ἐναθρῆσαι δι' ἀτονίαν μὴ δυναμένη. Οὐ δὲ τετράγωνοι καὶ νεφομήκεις τῶν πύργων, χθαμαλοί τε καὶ ἐμπερεῖς (83*) δοκοῦσι πολλοῖς τῷ διαστήματι; Ὥστε εἰ μὴ παμμέγεθες ὑπῆρχε τὸ σεληναῖον σῶμα, οὐκ ἂν ὁμοίως πᾶσι πάντοθεν ἰσοφαὴς ἐφαίνετο, τῆς χέρσου πάσης τῷ εὔρει μὴ δευτεροῦσα, ἐναργῆ ἅμα καὶ τοῖς πόῤῥω ταύτης ποντοποροῦσι, τοῦ μεγέθους τὴν ὄψιν παρεχομένη καὶ αὐγάζουσα.

## INTERROGATIO CXVIII.

Quid igitur sibi vult, quod sanguinea fit aliquoties, et variatur atque dissipatur?

*Responsio.*

Equidem hoc aspectu puto bellicas effusiones sanguinis significari, aut per subvectionem obfuscati a terra aeris turbidam reddi ejus lucem et splendorem, variarique per pulverem hunc speciem ipsius, donec provecta pulverulentum fuliginosumque locum evaserit : partim enim pinguis et densa, partim adusta et cinerea est terra, nonnullis in locis denique crassior et gravior est. Unde videtur, pulvere circumdatam lunam mutari. Sæpe quidem fieri videmus, ut fumi exhalatio, vel pulvis nimius aliquid apud nos obscuret, et procella vel nebula solares radios hebetet. Vel potius causa omnium est evidentissima, quod cum soror sit solis, et ejusdem matris Sapientiæ filia, nempe Christi, non ferat quæ inferuntur ipsi ab impiis contumeliæ, quemadmodum et sol idem in suo diurno cursu demonstravit caligine puniens vesanam Judæorum et Deum necantem phalangem, contractioneque radiorum fugiens, ne aspiceret creatorem suum ligno

## ΠΕΥΣΙΣ ΡΙΗ'.

Τί οὖν βούλεται τὸ ὕφαιμον αὐτὴν πολλάκις γίνεσθαι, καὶ ἀλλοιοῦσθαι καὶ σκορπίζεσθαι;

*Ἀπόκρισις.*

Τῷ σχήματι τούτῳ οἶμαι, πολεμικὰς αἱμοῤῥοΐας (84) σημαίνεσθαι, ἢ τῷ ἀναῤῥιπισμῷ τοῦ ἀπὸ γῆς αἰθαλομένου ἀέρος ἐπιθολοῦσθαι αὐτῆς τὴν φαῦσιν καὶ λαμπρότητα, καὶ ἀλλοιοῦσθαι τῷ χοῒ τὴν ὄψιν, μέχρις ἂν διιππεύουσα, ἔξω τοῦ ἐκκόνου (84*) καὶ αἰθαλώδους τόπου γένηται. Πῆ μὲν γὰρ πίων καὶ παχυτέρα, πῆ δὲ διακεκαυμένη καὶ τεφρώδης, ἑτέρωθι δὲ ὑλικὴ καὶ βαρυτέρα ἡ χέρσος πέφυκεν. Ὅθεν δοκεῖ μοι, κονιζομένην αὐτὴν ἀλλοιοῦσθαι· πολλάκις δὲ, καὶ καπνοῦ ἀναθυμίασις, ἢ κόνις πλεονάζουσα, τὸ παρ' ἡμῖν ἠμαύρωσε, καὶ καταιγὶς ἢ ὁμίχλη τὰς ἡλιακὰς ἀκτῖνας ἤμβλυνεν. Ἢ μᾶλλον τὸ πᾶν ἐναργέστερον· οἷον, ἀδελφὴν τυγχάνουσαν τοῦ ἡλίου, καὶ τῆς αὐτοῦ μητρὸς τῆς Σοφίας, Χριστοῦ, μὴ φέρειν τὰς εἰς αὐτὸν δρωμένας ὑπὸ τῶν ἀθέων ὕβρεις· ὅπερ ἐκεῖνος ἐν τῷ κατ' αὐτὸν ἡμερινῷ δρόμῳ ἐπεδείξατο, σκότῳ παίων τὴν φρενῖτιδα καὶ Θεοκτόνον Ἰουδαίων φάλαγγα, τῇ συστολῇ τῶν ἀκτίνων φεύγων ἐποπτῆσαι τὸν σφῶν ποιητὴν ξύλῳ καθηλούμενον τῷ προσλήμ-

(82*) *Μέσαι*. Forte μέν σοι. Edit.

(83) *Ἐῤῥιγμένα*. Forte ἐῤῥηγμένα, vel ἐῤῥηγμέναις. Id.

(83*) *Ἐμπερεῖς*. Anne ἐμφερεῖς; Id.

(84) *Αἱμοῤῥοΐας*. Al. αἱμοῤῥύας. Sic et sub initium sequentis Interrogat. cxix, ἀποφυτῶσαν pro ἀποφοιτῶσαν ex solemni permutatione οι et υ, ut advertit Cotelerius *Monum. Eccl. Gr.* tom. II, pag. 538, permultis in hanc sententiam veterum scriptorum locis in medium adductis.

(84*) *Ἐκκόνου*. Forte ἐγκόνου, *pulverulenti*. Edit.

ματι, καὶ δόρατι ἀμυσσόμενον. Τοῦτό μοι δοκεῖ δρᾶσθαι ὑπὸ τῆς φαίναχος, τὸν ἀδελφὸν μιμουμένης, ἐν τῷ κατ' αὐτῆς νυχτιαίῳ δρόμῳ, τῶν ἐπὶ τύμβους καὶ βωμοὺς αὐτομολούντων γοήτων, καὶ τῶν ἐκεῖ τολμωμένων μιαιφονιῶν καὶ παιδοσφαγιῶν, καὶ σπλάγχνων οἰκείων κατατομῶν, ὧν ἐπὶ τῶν ἡπάτων σπαιρόντων οἱ μιαιφόνοι τῷ αἵματι χραίνονται. Ὧν τὸ ἄθεον εἰκότως ἐκτραγῳδῶν Δαβὶδ ὁ θεσπέσιος, φησί· *Καὶ ἔθυσαν τοὺς υἱοὺς αὐτῶν καὶ τὰς θυγατέρας αὐτῶν τοῖς δαιμονίοις, καὶ ἐξέχεαν αἷμα ἀθῶον, αἷμα υἱῶν αὐτῶν καὶ θυγατέρων ὧν ἔθυσαν τοῖς γλυπτοῖς Χαναάν·* καὶ μεθ' ἕτερα τὸν ἀμητὸν αὐτοῖς τῶν οἰκείων σπερμάτων φησί· *Καὶ ὠργίσθη θυμῷ Κύριος ἐπὶ τὸν λαὸν αὐτοῦ, καὶ ἐβδελύξατο τὴν κληρονομίαν αὐτοῦ.* Ἐπεὶ οὖν καὶ νῦν πλεῖστοι τῷ Ἑλληνικῷ ζόφῳ ἐπισκοτούμενοι, καὶ λεληθότως τῇ προγονικῇ πλάνῃ ὑποκύπτοντες, καὶ τῇ πάλαι τῶν λογισμῶν μιαιφονίᾳ, ἐπὶ γεωλόφοις, ἢ καὶ τύμβοις, ἢ μνήμασι νύχτας (85) ἀποσχολάζοντες, κνίσαις καὶ αἵμασι τοὺς δαίμονας θεραπεύοντες, οἴκοι ποτνιώμενοι ἐφ' οἷς χρ...... μέντοι καθιεμένη ἡ φαίναξ αὐτὴν ἰλυγγιᾷ καὶ πτήσσει καὶ συγκαλύπτεται, τῷ νέφει ἐνδύνουσα, καὶ ἀπαξιοῦσα ἐπιβαλεῖν τοῖς ἀναξίοις τὸ φάος, κατ' εἰκόνα τοῦ ἀδελφοῦ· ὥσπερ ἐξ ἀπόπτου ἢ ἀκρωρείας οὐρανόθεν τῇ ἀλλοιώσει ἐπιβοῶσα, καὶ σκότῳ παίουσα καὶ εἴργουσα τοὺς μιαιφόνους τοῦ ἀθέου δράματος.

clavis affixum ratione assumpti, et hasta vulneratum. Idem ergo mihi videtur agi a luna fratrem imitante, dum tempore nocturni cursus ejus ad sepulcra et aras eunt præstigiatores, et illic perpetrantur cædes ac puerorum mactationes, et viscerum propriorum dissectiones, quorum sanguine palpitantibus adhuc jecinoribus impii parricidæ polluuntur. Quorum impietatem non abs re tragice velut exponens Davides ille divinus, inquit : *Et mactaverunt filios suos et filias suas dæmoniis : et effuderunt sanguinem innoxium, sanguinem filiorum suorum et filiarum, quem immolaverunt sculptilibus Chananæorum* [8]. Et post alia, messem ejus sementis ipsis indicans, ait : *Et iratus est furore Dominus super populum suum, et abominatus est hæreditatem suam* [9]. Quandoquidem igitur nunc quoque plurimi gentilitia caligine involuti, clanculum majorum suorum errori se submittunt, priscam cogitationum cædem in collibus aut sepulcris aut monumentis noctu exercent, nidoribus et sanguine dæmones venerantur, quos ipsos etiam domi supplices adorant : idcirco luna, quanquam se non dimittat, præ dolore tamen æstuat, exhorret, abdit sese, nubem induens, fratris exemplo splendorem suum indignis largiri dedignatur, cœlitus velut ex aliqua specula vel sublimi loco, per ipsam immutationem sui clamans et caligine puniens atque coercens homicidas ab impio facinore.

## ΠΕΥΣΙΣ ΡΙΘ'.

Εἰ οὐκ ἀνόμοιος ὁ Υἱὸς τοῦ Θεοῦ τῷ Πατρὶ καὶ θεῷ, ἀλλ' ἴσος κατὰ πάντα καὶ ὁμότιμος, καὶ τῆς αὐτῆς φύσεως· πῶς αὐτὸς λέγει, *Ἐγώ εἰμι ἡ ἄμπελος, καὶ ὁ Πατήρ μου ὁ γεωργός;* οὐ γὰρ [ἡ] αὐτὴ φύσις ἐστὶ γεωργοῦ καὶ ἀμπέλου. Ἡ μὲν γὰρ ὑπάρχει λογικὴ καὶ ἔμψυχος, ἡ δὲ ἄλογος καὶ ἄψυχος.

*Ἀπόκρισις.*

Οὐκ ἐπαινῶ σὴν ἀστατοῦσαν τὴν ἀγχίνοιαν, καὶ πολλάκις ἔξω τῶν προκειμένων ἀποφοιτῶσαν, καὶ τῇ ἀλλοκότῳ πεύσει με διαστρέφουσαν. Καὶ εἰ μὲν βουλόμενος τοῦτο ποιεῖς, ἐπίγνωθι γινωσκόμενος· εἰ δ' ἁπλῶ; τὰ φυόμενα τῇ διανοίᾳ προφέρεις, συγγνώμην ἔχε, κἀμοὶ ταύτην δωρούμενος. Τὰ δὲ Χριστιανῶν, πίστει κρατύνεται, καὶ οὐ συλλογισμοῖς, δι' ὧν οἱ πλεῖστοι τῶν φρενῶν ἐξετινάχθησαν. Ἆρα γὰρ Παῦλος καὶ Ἀπολλὼς ἑτέρας ὑπῆρχον παρὰ τὴν Ἐκκλησίαν φύσεως; Γράφει γὰρ τῷ θιάσῳ τῆς Ἐκκλησίας ὁ ὑψηλὸς τὴν διάνοιαν· *Ἐγὼ ἐφύτευσα, Ἀπολλὼς ἐπότισεν, ἀλλ' ὁ Θεὸς ηὔξανεν.* Ἆρ' οὖν ἄψυχος καὶ ἄλογος ἡ Ἐκκλησία ὑπὸ Παύλου φυτευομένη καὶ Ἀπολλὼ ποτιζομένη τῇ τῶν ἐντολῶν ἀρδείᾳ καὶ ἐνιδρύσει;

## INTERROGATIO CXIX.

Si non est inæqualis Dei Filius Deo et Patri, sed par in omnibus, et ejusdem honoris ejusdemque naturæ; quomodo inquit ipse : *Ego sum vitis, et Pater meus agricola* [10]? Non enim eadem natura est vitis et agricolæ, cum hæc quidem sit rationalis et animata, illa vero rationis expers et inanima.

*Responsio.*

Non laudo tuam inconstantem sagacitatem, quæ multum et extra propositum exorbitat, et aliena quæstione me distrahit. Et si quidem volens id facis, agnoscito me hoc animadvertere. Sin vero simpliciter in mente genita profers, veniam tibi dari scito, quam et mihi vicissim benigne largieris. Christianorum quidem certe dogmata fide continentur et fulciuntur, non ratiocinationibus, per quas plurimi prorsus mentem amiserunt. Num enim diversæ Paulus et Apollos erant, respectu Ecclesiæ, naturæ? Scribit enim sacro cœtui Ecclesiæ mentis intelligentia sublimi præditus ille Apostolus : *Ego plantavi, Apollos rigavit, ac Deus incrementum dedit* [11]. Num igitur inanima et rationis expers erat Ecclesia a Paulo plantata, et ab Apollo rigata, per irrigationem et insitionem præceptorum?

## ΠΕΥΣΙΣ ΡΚ'.

Διατί προέδωκεν ὁ Θεὸς τὸν Ἰὼβ τῷ διαβόλῳ, αὐτὸς μαρτυρῶν αὐτοῦ τῇ δικαιοσύνῃ καὶ τῇ ἀληθινῇ

## INTERROGATIO CXX.

Quare Deus diabolo Jobum tradidit, cum tamen ipse testimonium illius justitiæ perhibeat, et veræ

[8] Psal. cv, 37, 38. [9] ibid. 40. [10] Joan. xv, 1. [11] I Cor. iii, 6.

(85) *Νύκτας.* Forte νυκτός. EDIT.

atque irreprehensibili vivendi rationi? Simul da veniam non cohærenti cum superioribus interrogationi. Non enim tentandi gratia hoc facio.

*Responsio.*

Non ipsum, sed quæ ipsius erant, non tradidit, sed concessit, exercens Jobum ipsum ad fortitudinem, et abducens per res luteas carnis expertem adversarium a tentatione hominis justi.

INTERROGATIO CXXI.

Recte dixisti, non ipsum, sed quæ ipsius erant, tradita fuisse. Quid igitur? an non ipse erat qui vermibus perfodiebatur, et ab eis comedebatur, et saniem testa radebat?

*Responsio.*

Minime per corporea vulnera lædebatur animus: nec vermes, licet utrem perforarent, intus repositum thesaurum adoriri poterant. Non enim corpus Jobus erat, sed Jobus erat ipsa vis animi rationis particeps; Jobi vero, corpus; corporis, res aliæ terrestres cognatæ. Nam in anima rationali mens est scientiæ rationalis capax. Quod autem rationis est expers, sensu caret et luteum est. Nihilominus propter commistionem eorum quæ diversi sunt generis, et unionem animalium rationalium, merito appellatur homo. Concedit igitur Deus hosti externa, ut innotescant omnibus interiora regis sceptra, suis fulgoribus obscurantia purpuram aspectabilem et diadema. Præerat enim solus regioni Usitarum cum imperio, priusquam a vermibus perforaretur carnis ipsius domicilium, et illustraretur orbis per declaratam in ipso patientiam. Denudatur ergo strenua viri virtus cum existimaret hostis eum copia facultatum mirifice delectari, ac illarum cura velut assentando corruptum Deo dicturum convicium. Quapropter exposcit ipsius facultates, quibus postquam spoliasset ipsum, et a scopo aberrasset, concutit, charissimis liberis una cum ipso convivium celebrantibus, totam domum, ac repente mensam in sepulcrum tumultuarium commutat. Infecta autem re, cum turpitudine sic etiam repulsus, alias admovet divinæ civitati machinas, cujus cives cogitationes erant, iterum adversus hostem in aciem progredientes. Nam postquam omnibus spoliasset hominem justum diabolus, neque flexisset ad blasphemiam (hoc enim erat, quod summo studio quærebat), ipsummet deinceps exposcit, et ad Deum inquit: *Mitte manum tuam, et tange carnes ejus et ossa ejus, ac vide num in faciem tibi non tam benedicturus sit, quam maledicturus* [11]? Confidens autem viro justo qui corda scrutatur Deus, et omnem affectum misericordiæve prætextum deponit, ne putaretur a diabolo parce tangendus justus, simulque fretus pugile suo, et illius adversarium vituperans, quasi carne et sanguine inferior ille

καὶ ἀμέμπτῳ πολιτείᾳ; καὶ συγχώρησον τῇ ἀνακολούθῳ ἐρωτήσει· οὐ γὰρ πειράζων τοῦτο ποιῶ.

*Ἀπόκρισις.*

Οὐχ αὐτὸν, ἀλλὰ τ' αὐτοῦ, οὐ παρέδωκεν (85*), ἀλλὰ συνεχώρησεν, γυμνάζων πρὸς ἀνδρείαν, καὶ ἐπάγων διὰ πηλοῦ τὸν ἄσαρκον ἀνταγωνιστὴν τοῦ δικαίου.

ΠΕΥΣΙΣ ΡΚΑ'.

Καλῶς εἴρηκας, μὴ αὐτὸν, ἀλλὰ τ' αὐτοῦ παραδεδόσθαι. Τί οὖν; οὐκ αὐτὸς οὖν (86) ὁ τοῖς σκώληξι συνηλούμενος (87), καὶ ὑπ' αὐτῶν κατεσθιόμενος, καὶ τὸν ἰχῶρα ξέων ὀστράκῳ;

*Ἀπόκρισις.*

Οὐδὲν τῇ σωματικῇ τρώσει τὴν ψυχὴν ἐτρώθη· οὐδ' αὐτὸν θύλακον διατρήσαντες, τῷ ἐγκειμένῳ θησαυρῷ προσβαλεῖν ἴσχυσαν. Οὐ γὰρ Ἰὼβ τὸ σῶμα, ἀλλὰ Ἰὼβ τὸ λογικὸν, ἐκείνου δὲ τὸ σῶμα, τούτου δὲ τὰ ἐκ γῆς σύμφυλα. Εἰ μὲν γὰρ ψυχὴ λογικὴ νοῦ καὶ ἐπιστήμης, λογική τε καὶ δεκτική, τὸ δὲ ἄλογον, ἀναίσθητον καὶ πηλῶδες· ἀλλὰ τῇ συγκράσει τῶν ἑτερογενῶν καὶ ἑνώσει ζώων λογικῶν προσαγορεύεται εἰκότως ὁ βροτός. Συγχωρεῖ οὖν ὁ Θεὸς τῷ πολεμίῳ τὰ ἔξω, ὅπως γνωσθῇ πᾶσι τὰ ἐνδότερα τοῦ βασιλέως σκῆπτρα ἐπισκοτοῦντα ταῖς ἀστραπαῖς τὴν ὁρωμένην ἁλουργίδα καὶ διάδημα. Μόνης γὰρ τῆς Αὐσιτῶν χώρας ἐβασίλευε, πρὶν τοῖς ἑρπετοῖς διατρηθῆναι τῆς σαρκὸς τὰς καλύβας, καὶ ἀστραφθῆναι τὴν οἰκουμένην τῇ ἐκεῖθεν ὑπομονῇ. Παραγυμνοῦται οὖν τῆς γενναίας, τοῦ πολεμίου δοκοῦντος τῇ περιουσίᾳ ἐπιγάννυσθαι τῶν κτημάτων, καὶ τῇ ἐκείνων θεραπείᾳ θωπευόμενον μὴ βλασφημεῖν. Διὸ ἐξαιτεῖται μὲν αὐτοῦ τὰ ὑπάρχοντα, ἐκείνων δὲ γυμνώσας αὐτὸν, καὶ ἀστοχήσας τοῦ σκοποῦ, ἐπικατασείει τοῖς φιλτάτοις παισὶ συνεσθιομένοις τὴν οἰκίαν, αὐτοσχέδιον τάφον αὐτοῖς τὴν τράπεζαν ἐργασάμενος. Ἄπρακτος δὲ καὶ οὕτως μετ' αἰσχύνης ἀποκρουσθεὶς, λοιπὸν τῇ θείᾳ πόλει προσάγει τὰ μηχανήματα· ἧς οἱ πολῖται λογισμοὶ αὖθις τῷ πολεμίῳ παρατάττονται. Μετὰ γὰρ τὸ πάντα ἀφελέσθαι τοῦ δικαίου ὁ διάβολος, καὶ μὴ κλίνας αὐτὸν εἰς βλασφημίαν (τοῦτο γὰρ αὐτῷ καὶ μόνον ἦν περισπούδαστον), αὐτὸν λοιπὸν ἐκεῖνον ἐξαιτεῖ, καί φησι τῷ Θεῷ· *Ἀπόστειλον τὴν χεῖρά σου, καὶ ἅψαι τῶν σαρκῶν αὐτοῦ καὶ τῶν ὀστῶν αὐτοῦ, εἰ μὴν εἰς πρόσωπόν σε εὐλογήσει*, ὡσανεὶ *βλασφημήσει*. Θαῤῥῶν δὲ τῷ δικαίῳ ὁ τὰς καρδίας ἐμβατεύων Θεὸς, καὶ πᾶσαν προσπάθειαν ἢ φειδοῦς πρόφασιν περιαιρούμενος, μή ποτε νομισθῇ τῷ διαβόλῳ φειδομένως ἅψασθαι τοῦ δικαίου· ἅμα δὲ καὶ θαῤῥῶν τῷ οἰκείῳ ἀγωνιστῇ, καὶ ὀνειδίζων αὐτοῦ τὸν ἀντίπαλον, ὡς σαρκὶ καὶ αἵματι ἡττώμενον τὸν ἄσαρκον, τὸν καυχώμενον καὶ λέγοντα· *Τῇ ἰσχύϊ μου ποιήσω, καὶ τῇ χειρί μου καθελῶ ὅρια ἐθνῶν, καὶ τὴν οἰκουμένην ὅλην περιλήψομαι, καὶ ἀρῶ ὡς*

[11] Job II, 5.

(85*) *Οὐχ... οὐ παρέδωκεν*. Delenda videtur secunda negatio, repetita fortasse ex postrema syllaba præcedentis αὐτοῦ. Verum ἐπέχω. Interdum enim hæc particula πυσματικῶς usurpatur, ut docet Budæus *Comment. ling. Gr.* p. m. 432.

(86) *Οὖν*. Forte ἦν. EDIT.

(87) *Συνηλούμενος*. Forte συνειλούμενος. ID.

*ἐγκαταλελειμμένα ᾠά*. *Ἐπάνω τῶν ἄστρων ἀναθήσομαι, θήσω ἐπὶ τῶν νεφελῶν τὸν θρόνον μου, καὶ ἔσομαι ὅμοιος τῷ Ὑψίστῳ*. Οἱονεὶ γελῶν αὐτοῦ τὴν ἀλαζονείαν ὁ Θεὸς, καὶ φάσκων· Τί κομπάζεις, ὦ μιαρὲ διάβολε; ἰδοὺ εἷς τῶν οἰκετῶν μου πήλινος, χοϊκὸς, εὐτελὴς, τὴν φύσιν βροτὸς, οὐκ ἄγγελος (ὕβρις γὰρ ἀγγέλῳ πρὸς σὲ ἀγωνίζεσθαι, τὸν μηδὲ πηλοῦ περιεσόμενον)· *Ἰδοὺ*, φησὶ, *παραδίδομεν αὐτὸν ἐν τῇ χειρί σου*, οἱονεὶ δέσμιον καὶ κάτω κείμενον. Εἰ ἄρα περιέσῃ αὐτοῦ τῆς ὑψηλῆς διανοίας, πολιορκῶν αὐτὸν καὶ τοξεύων ἐν τῷ σώματι. Καὶ τί μετὰ ταῦτα; οἱονεὶ βέλος στεῤῥοτέρως προσπεσὼν ἀπεκρούσθη ἄπρακτος ὁ ἀλαζὼν καὶ θεὸς ὑπάρχειν οἰόμενος σαρκὶ ἡττηθεὶς καὶ αἵματι. Οὐ γὰρ ἴσχυσε πολιορκῶν καὶ τηξεύων τὴν θείαν τοῦ σώματος πόλιν, ἤ τινα τῶν πολιτῶν λογισμῶν χειρώσασθαι· οὐδὲ τῶν ἐπὶ τῶν πυλῶν τοῦ στόματός τινα ἀναιρεῖν. Ἐν τούτοις γὰρ πᾶσι τοῖς συμβεβηκόσιν αὐτῷ, οὐδὲ ἐν τοῖς χείλεσιν αὐτοῦ ἥμαρτεν Ἰὼβ ἐναντίον Κυρίου. Ἀλλὰ βλασφημῆσαι ἀναγκαζόμενος ὑπὸ τοῦ πολεμίου, τοὐναντίον ἐποίει, φάσκων, *Κύριος ἔδωκε, Κύριος ἀφείλετο· ὡς τῷ Κυρίῳ ἔδοξεν, οὕτως καὶ ἐγένετο· εἴη τὸ ὄνομα Κυρίου εὐλογημένον εἰς τοὺς αἰῶνας*. Οὐ προδίδοται οὖν, ἀλλὰ προβάλλεται ἀγωνιστὴς καὶ παιδευτὴς ἀνδρείας, καὶ ἐν τοῖς ἀλγεινοῖς τοῦ βίου εὐχαριστείας.

foret, qui carnis erat expers et gloriabatur atque dicebat : *Robore meo faciam, et manu mea destruam terminos gentium, et orbem terrarum totum capiam, et tollam veluti derelicta ova* [13]. *Ascendam supra sidera, ponam supra nubes solium meum, et ero similis Altissimo* [14]. Quasi ergo ridens ipsius arrogantiam Deus, inquit : Quid, o miser diabole, gloriaris ? Ecce unus est hic servorum meorum, isque luteus, pulvereus, vilis a natura mortalisque homo, non angelus (turpe nimirum fuerit, cum angelo te certare, qui ne quidem luto superior eris). *Ecce*, inquit, *trado ipsum in manum tuam* [15], quasi vinctum et prostratum. Vide num excelsum illius animum superare possis, expugnans ipsum et in corpore jaculis configens. Quid secundum hæc fit? veluti jaculum validius invectus, repulsus est infecta re superbus et arrogans ille, quique se deum esse putabat, a carne superatus est et sanguine. Non enim potuit oppugnando sagittisque feriendo divinam corporis illius civitatem, aut aliquem civium, nempe cogitationum, capere, neque quemquam in portis oris occidere. In omnibus enim illis quæ acciderunt ei, non admisit ullum peccatum Jobus labiis suis adversus Dominum ; sed hoste impellente, ut Deo convicium faceret, diverso se modo gerebat, dicens : *Dominus dedit, Dominus abstulit ; ut Domino placuit, ita factum est : sit nomen Domini benedictum in sæcula* [16]. Non proditur igitur, sed proponitur ut pugil et magister fortitudinis, et gratiarum actionis in adversitatibus hujus vitæ.

Τέτταρας οὖν παιδείας τρόπους ἴσμεν· Τὴν μὲν δι' ἁμαρτίας ἡμῖν πρὸς διόρθωσιν ἐπαγομένην (*Πολλαὶ γὰρ αἱ μάστιγες τοῦ ἁμαρτωλοῦ*, φησὶν ὁ Δαβίδ), τὴν δὲ δι' ὑπερηφανίας καὶ τύφου καθαίρεσιν, τὴν οἴδησιν ἤτοι κορύφωσιν τῆς ψυχῆς καταστέλλουσαν· *Ὑπερηφάνοις γὰρ Κύριος ἀντιτάσσεται*. Ἕτεροι δὲ διαλανθάνουσιν ἀρετὴν καὶ ἀνδρείαν πρὸς τὸ μιμήσασθαι τοὺς ὁρῶντας. *Οὐδεὶς γὰρ ἅπτει λύχνον καὶ τίθησιν αὐτὸν ὑπὸ τὸν μόδιον ἢ τὴν κλίνην, ἀλλὰ ἐπὶ τὴν λυχνίαν, ἵνα φαίνῃ πᾶσι τοῖς ἐν τῇ οἰκίᾳ*, φησὶν ὁ Κύριος· οἱονεὶ λέγων, Διὰ τοῦτο πυρσοῦ δίκην ἐξῆψα τὸν Ἰὼβ, καὶ ἔξω τοῦ ἄστεος ἐπὶ λυχνίαν τῆς κοπρίας ἐθέμην, φαίνειν πᾶσι τοῖς ἐν τῇ οἰκουμένῃ. Τὴν δὲ παντελῆ κατάλειψιν παρὰ Θεοῦ δι' ἐσχάτην κακίαν καὶ ἀμιγῆ καθόλου τοῦ κρείττονος· ὅπερ ἐπὶ τοῦ Φαραὼ καὶ τοῦ Ναβουχοδονόσορ καὶ Ἰούδα συμβέβηκεν, ἀπωλείᾳ παραδοθῆναι διὰ ἀμετάθετον πονηρίαν. *Ἀποστρέψω γὰρ τὸ πρόσωπόν μου ἀπ' αὐτῶν, καὶ δείξω τί ἔσται αὐτοῖς ἐπ' ἐσχάτων*, φησὶν ὁ Θεὸς διὰ τῆς Μωσέως γλώττης. Ἀλλ' οὖν γε τῇ παιδείᾳ τὸν Ναβουχοδονόσορ ἀνασφήλαντα, καὶ τῆς παροινίας ἐκνήψαντα οὐκ ἀπωθεῖται ὁ ἀπωσθεὶς Θεός· ἀλλὰ πάλιν αὐτῷ τὴν βασιλείαν ἀπέδωκεν, ἁλουργίδι φαιδρύνας καὶ διαδήμασι.

Quatuor igitur modos castigationis scimus. Nam alia quidem propter peccata nobis ad correctionem adhibetur (*Multa* enim *flagella sunt peccatoris* [17], inquit Davides). Alia vero superbiam et fastum dejicit, hoc est, elevationem ac tumorem animi comprimit. *Superbis* enim *Dominus resistit* [18]. Alii autem latentem virtutem et fortitudinem ostendunt, ut eam spectatores imitentur. *Nullus* enim *accendit lucernam, et ponit eam subter modium aut lectum, sed super candelabrum : ut luceat omnibus qui sunt in domo*, inquit Dominus [19] : quasi dicat : Propter hoc instar facis accendi Jobum, et extra civitatem super candelabrum stercoreum posui, ut luceat omnibus in orbe terrarum. Alia denique castigatio est, in universum a Deo deseri propter extremam nequitiam et improbitatem, cui nihil omnino admistum est boni : quod et Pharaoni, et Nabuchodonosori, et Judæ contigit, ut in exitium traderentur propter inemendabilem malitiam. *Avertam* enim *ab ipsis faciem meam, et ostendam quid cum ipsis futurum sit in novissimis*, inquit Deus per linguam Mosis [20]. Verumtamen Nabuchodonosorem per disciplinam cautiorem redditum, et ex temulentia sobrium factum non rejicit qui rejectus ab ipso erat, Deus : sed rursus illi regnum restituit, purpura exhilarans ipsum et diademate.

## ΠΕΥΣΙΣ ΡΚΒ'.

Πόσας ἡμέρας διέτριψεν ὁ Ἀδὰμ ἐν τῷ παραδείσῳ; ἐπειδὴ πολλοὶ τῶν ἱστορούντων τὰ κατ' αὐτὸν, οἱ μὲν λέγουσιν, ἓξ ἡμέρας· διὸ, φησὶ, ἕκτῃ ἡμέρᾳ ἦλθεν

## INTERROGATIO CXXII.

Quot dies in paradiso exegit Adamus ? Siquidem multi qui ejus gesta memoriæ produnt, partim quidem tradunt dies sex ; ideoque, ut aiunt, sexto die

[13] Isa. x, 13, 14. [14] Isa. xiv, 13. 14. [15] Job ii, 6. [16] Job i, 21. [17] Psal. xxxi, 10. [18] Jac. iv, 6 ; I Pet. v, 5. [19] Matth. v, 15. [20] Deut. xxxii, 20, sec. LXX.

venit Servator. Alii vero sex tantum dicunt horas; ideoque sexta hora crucifixus Servator. Alii quadraginta dies asserunt, quos in paradiso habitaverit, et in deliciis egerit, unde propter transgressionem expulsus sit: quos aiunt retulisse Christum et compensasse, quo tempore per quadraginta dies neque comedit neque bibit, in deserto a diabolo velut homo tentatus.

*Responsio.*

Quod quadraginta dierum tempus attinet, id vero et ipse jam antea tradidi, ac videtur mihi haud absimile vero esse. Nam hoc imitans sacer Ecclesiæ nostræ cœtus, semel per totum anni ambitum, cum abstinentia severissima tam ciborum quam rerum jejunat, pristinam paradisi patriam, et desiderabilem illius victum desiderio maximo expetens. Nimirum vicissim cunctis primi parentis nostri debitis Christus se subjecit. Cum ille dicto non fuerit audiens, vicissim hic obedilt usque ad crucem et mortem. Ille tentatus per Evam, cum illa jam a tentatore superata esset, gustavit de vetitis: hic tentatus jejunat, compensans quadraginta exactos in paradiso dies a primo parente nostro Adamo, et pro deliciis ad inopiam nos excitans. Ille deus fieri volens, frustratus spe sua, etiam id mutatus amisit quod prius erat, ex immortali mortalis factus, et ex beato damnatus: hic pro illo mortalis fit, manens Deus, ratione naturæ non mutatus, neque factus alius ratione divinitatis. Ille ex paradiso in hunc ærumnosum laboriosumque locum expulsus est: hic ejus causa de cœlis adveniens, illius assumit vitam, pro luce inaccessa tenebrosam hanc et obscuram speluncam habitans: vice intellectilium et ratione præditorum animalium, animalibus ratione carentibus circumdatus: loco potestatum omnium a quibus gestabatur, in ulnis sanctæ quidem mulieris et cujus intacta perpetuaque virginitas esset, communis tamen nobiscum naturæ, portatus: pro angelicis hymnis et canticis, petitus calumniis, quasi dæmonium haberet, et per dæmoniorum principem dæmonia ejiceret, et populum seduceret; cæteroquin a pueris Hebræorum celebratus, clamantibus: *Benedictus qui venit in nomine Domini* [21]. Pro loco virginis, nimirum Evæ, perpetuam virginem sanctam matrem suam suscitavit: pro illius pœna, huic salutem per proprium servum Gabrielum misit, in hac sanans quæ illa deliquerat. Pro ligno transgressionis lignum resurrectionis in medio terræ, salutarem crucem suam fixit. Quemadmodum inquit ille carminum divinorum auctor Davides: *Deus noster qui est ante sæcula, salutem operatus est in medio terræ* [22]. Pro non illo quidem naturaliter, sed per transgressionem letifero cibo, naturam suam divinam nostræ uniens, cibus vivificus medio in aere pendens omnibus propositus est, et ab omnibus percipitur, ipse nihilominus

ὁ Σωτήρ. Ἄλλοι δὲ λέγουσιν ἓξ μόνον ὥρας· διὸ καὶ ἕκτῃ ὥρᾳ ἐσταυρώθη ὁ Σωτήρ. Ἕτεροι δὲ τεσσαράκοντα λέγουσιν ἡμέρας ἐνδιαιτηθέντα τῷ παραδείσῳ, καὶ ἐντρυφήσαντα, ἐξωσθῆναι τῇ παραβάσει· ἅς, φησὶν, ἀντεισάγων ὁ Χριστὸς καὶ ἀντισηκῶν οὐκ ἔφαγεν, οὐδὲ ἔπιεν, τεσσαράκοντα ἡμέρας ἐν τῇ ἐρήμῳ ὑπὸ τοῦ διαβόλου πειραζόμενος ὡς ἄνθρωπος.

*Ἀπόκρισις.*

Τοῦτον μὲν τῆς τεσσαρακοστῆς τὸν τρόπον κἀγὼ ἤδη προέφην· καὶ οὐ δοκεῖ μοι ἀπεικὸς ὑπάρχειν. Ταῦτα γὰρ ἑπομένη ἡ θεία τῆς Ἐκκλησίας ἡμῶν ὁμήγυρις, ἅπαξ διὰ πάσης τοῦ ἐνιαυτοῦ τῆς περιόδου σὺν σφοδροτάτῃ ἀποχῇ βρωμάτων καὶ πραγμάτων νηστεύει, τὴν ἀρχαίαν τοῦ παραδείσου ἐπιζητοῦσα πατρίδα, καὶ τὴν ἐκεῖ ἱμειρομένην δίαιταν. Ἀνθυπέδη γὰρ πᾶσι τοῖς τοῦ προπάτορος ἡμῶν ὀφλήμασιν ὁ Χριστός. Ἐκείνου γὰρ παρακούσαντος, ἀνθυπακούει οὗτος μέχρι σταυροῦ καὶ θανάτου. Ἐκεῖνος πειραζόμενος διὰ τῆς Εὔας ἤδη ἡττημένης τῷ πειράζοντι, τῶν ἀπηγορευμένων ἀπεγεύσατο· οὗτος πειραζόμενος, νηστεύει ἀντιπρυτανεύων τὰς ἐν παραδείσῳ τεσσαράκοντα ἡμέρας τοῦ προπάτορος ἡμῶν Ἀδὰμ, ἀντεγείρων τῇ τρυφῇ τὴν ἔνδειαν· ἐκεῖνος θεὸς γενέσθαι βουληθεὶς δὲ (88), καὶ ὅπερ ἦν, ἐτράπη, ἐξ ἀθανάτου θνητὸς γενόμενος, καὶ ἐκ μάκαρος κατάκριτος· οὗτος ὑπὲρ ἐκείνου βροτὸς γίνεται, μένων Θεὸς, μὴ τραπεὶς τὴν φύσιν, μὴ ἀλλοιωθεὶς τὴν θεότητα. Ἐκεῖνος ἐκ παραδείσου εἰς τὸ ἐμπαθὲς καὶ ἐπίπονον τοῦτο ἐξοικίσθη χωρίον· οὗτος ὑπὲρ ἐκείνου ἐξ οὐρανῶν ἐπιφοιτήσας, τὸν ἐκείνου ἀναλαμβάνεται βίον, ἀντὶ φωτὸς τοῦ ἀπροσίτου τὸ σκοτεινὸν καὶ ἀφεγγὲς ἄντρον οἰκῶν· ἀντὶ τῶν νοερῶν καὶ λογικῶν ζώων, ζώοις ἀλόγοις κυκλούμενος· ἀντὶ πασῶν φερουσῶν δυνάμεων, ἀγκάλαις γυναικὸς ἁγίας μὲν, ἀχράντου καὶ ἀειπαιδος, τῆς δὲ κοινῆς ἡμῶν φύσεως, φερόμενος· ἀντὶ ἀγγελικῶν ὕμνων καὶ ᾠδῶν, συκοφαντούμενος δαιμόνιον ἔχειν, καὶ ἐν τῷ ἄρχοντι δαιμονίων ἐκβάλλειν τὰ δαιμόνια, καὶ πλανᾷν τοὺς ὄχλους· παισὶν Ἑβραίων ἀνυμνούμενος βοώντων, *Εὐλογημένος ὁ ἐρχόμενος ἐν ὀνόματι Κυρίου*. Ἀντὶ παρθένου τῆς Εὔας ἀειπαιδα τὴν ἁγίαν αὐτοῦ μητέρα ἀντήγειρεν· ἀντὶ τοῦ ἐκείνης ἐπιτιμίου, ταύτῃ τὸ, *Χαῖρε*, διὰ τοῦ οἰκείου δούλου Γαβριὴλ ἀπέστειλεν, ἐν ταύτῃ τὰ ἐκείνης ἀκούμενος· ἀντὶ ξύλου παραβάσεως, ξύλον ἀναστάσεως ἐν μέσῳ τῆς γῆς, τὸν σωτήριον ἑαυτοῦ σταυρὸν ἔπηξε. Καθώς φησιν Δαβὶδ ὁ τῶν θείων μελῳδός· *Ὁ δὲ πρὸ αἰώνων Θεὸς ἡμῶν εἰργάσατο σωτηρίαν ἐν μέσῳ τῆς γῆς*· ἀντὶ τῆς οὐ φύσει ἀλλὰ παρακοῇ θανατηφόρου ἐδωδῆς, τὴν ἑαυτοῦ θείαν φύσιν τῇ ἡμετέρᾳ ἑνώσας, ζωηφόρος ἐδωδὴ πρόκειται κατὰ τὸν ἀέρα ὑπὸ πάντων μετεχόμενος, καὶ μένων ὁ αὐτὸς ἄληκτος, ὁ ὑπὲρ τῶν κατακρίτων κατακριθεὶς ἑκουσίως, ὡς Θεὸς καὶ βροτὸς ὁ αὐτός. Ὥσπερ οὖν καὶ χολὴν ἐψωμίσθη καὶ ὄξει ἄρδεται, ὑπὲρ τῆς τοῦ Ἀδὰμ βρώσεως

[21] Matth. XXI, 9; Marc. XI, 10; Joan. X, 13. [22] Psal. LXXIII, 12.

(88) Deest aliquid forsanque legendum: ... βουληθεὶς, ἀποτυχὼν δὲ τῆς ἐλπίδος, nisi aliter locum resarcire velis. EDIT.

θεανδρικῶς ἀποτιννὺς αὐτοῦ τὰ ὀφλήματα· οὕτω μοι δοκεῖ καὶ τὰς τεσσαράκοντα ὑπὲρ τοσούτων ἀντισηκοῦσθαι ἡμέρας· ἐγὼ δὲ τῆς ἐκείνων ἑξάδος καὶ τῆς ἐμῆς τετταρακοστῆς, τὸν ἔκ τινων οὐκ ἀσήμων γερόντων εἰς ἡμᾶς διαφοιτήσαντα περὶ τούτου λόγον μᾶλλον ἀποδέχομαι, ἐκ τῶν τοῦ ὑψηλοῦ Ἀποστόλου ῥημάτων βεβαιούμενον, τὸν πλείονα χρόνον ἐν παραδείσῳ μακαρίως ζῆσαι τὸν προπάτορα ἡμῶν. Ἐκ προσώπου γὰρ αὐτοῦ ὁ θεῖος Ἀπόστολος διαῤῥήδην βοᾷ, *Ἐγὼ δὲ ἔζων χωρὶς νόμου ποτέ.* Οὐκ ἄρα δὲ Παῦλος προϋπῆρχε τοῦ νόμου, ὁ ἔσχατος πάντων τῶν τοῦ νόμου φοιτητῶν, οὐδ' αὖ πάλιν χωρὶς τούτου ποτὲ νόμου ἦν ἢ ἐγένετο. Καὶ γὰρ τὸ Εὐαγγέλιον κηρύττων τὰς νομικὰς μαρτυρίας πάντη παρατίθησιν, ἀλλ' ἐκ προσώπου τοῦ Ἀδὰμ ἀποδυρόμενος εἰκότως, φησίν, *Ἐγὼ δὲ ἔζων χωρὶς νόμου ποτέ.* Σαφέστερον δὲ παριστᾷ ἐκ προσώπου τοῦ Ἀδὰμ ταῦτα βοῶν· λευκαίνει τὸ νόημα, οὐκ ἔτι νόμον ἀλλ' ἐντολὴν φάσκων, τὴν δοθεῖσαν τῷ Ἀδὰμ δηλονότι· *Ἐλθούσης δὲ τῆς ἐντολῆς*, ὡσανεὶ δοθείσης, *ἡ ἁμαρτία ἀνέζησεν· ἐγὼ δὲ ἀπέθανον*, φησί, τῇ διὰ παρακοῆς ἐκπτώσει τῆς μακαρίας ζωῆς· ὡς δῆλον ὑπάρχειν, μὴ αὐτίκα τοῦ γενέσθαι τὸν Ἀδὰμ, δοθῆναι τὴν ἐντολὴν, ἀλλὰ μετά τινα χρόνον, ἀόριστον δέ.

æternus manens. Pro damnatis damnatus est sua sponte, tanquam Deus et idem homo. Quemadmodum igitur felle pastus aceto rigatur, ejus cibi causa quem Adamus sumpserat, dum homo in divina natura illius debita dependit: ita mihi videntur et hi quadraginta dies pro totidem diebus rependi. Sed tamen pro illorum numero senario et meo quadragenario, profectam ad nos a quibusdam haud obscuris senibus de hoc rationem, cujus fundamentum eximii Apostoli verbis nititur, recipere malo; quod nimirum longiore temporis spatio in paradiso beate primus ille parens noster vixerit. Nam in ejus persona divus Apostolus aperte clamat: *Ego vero vivebam absque lege aliquando* [23]. Non fuit utique Paulus ante legem, qui fuit omnium discipulorum legis postremus. Neque item aliquando absque hac erat aut fuit. Nam et Evangelium prædicans legalia testimonia ubique adducit: nimirum in Adami persona merito conqueritur, dicens: *Ego vero vivebam absque lege aliquando.* Manifestius autem declarat hæc in persona se Adami proferre, cum ad illustrandum horum verborum intellectum, non amplius inde legem, sed præceptum vocat quod Adamo datum erat, hæc nempe subjiciens: *Veniente vero mandato* (quasi dicat, dato), *peccatum revixit; ego autem mortuus sum* [24], videlicet per inobedientiam excidendo beata vita. De quo jam perspicuum est, non mox atque factus erat Adamus, præceptum datum fuisse, sed post aliquod tempus, quod tamen minime definitum habemus.

*Quæ sequuntur, usque ad interrogantis personæ verba, non Cæsarii sunt, sed Gregorii Nysseni, amici et coætanei ejus: inserta huic libro per aliquem, qui suæ memoriæ consulere vellet, et uno loco duorum scriptorum explicationes habere. Deprehendimus consimilia deinceps quoque occurrere, ubi nos suis locis, quæ inserta sint, indicabimus. Sunt autem hæc descripta e libro Nysseni, qui est* De hominis opificio, *cap.* 19, 20, *sed multum variant.*

Ἡ δοθεῖσα ἐντολὴ ἐν παραδείσῳ τῷ Ἀδὰμ παρὰ τοῦ Θεοῦ, περὶ τῆς ἐκ τοῦ παντὸς ξύλου μεταλήψεως, καὶ τῆς ἀποχῆς τοῦ ξύλου τοῦ ἀπηγορευμένου· τοῦτό ἐστι τὸ ξύλον τὸ περιληπτικὸν παντὸς ἀγαθοῦ, ᾧ ὄνομά ἐστι τὸ πᾶν. Αὐτό ἐστι τὸ ὄντως ὂν ἀγαθὸν, περὶ οὗ Δαβὶδ λέγει, *Κατατρύφησον τοῦ Κυρίου*· Σολομὼν δὲ τὴν Σοφίαν, ἥτις ἐστὶν ὁ Κύριος, *ξύλον ζωῆς* ὀνομάζων. Οὐκοῦν ταὐτόν ἐστιν τὸ τῆς ζωῆς ξύλον τῷ *πᾶν ξύλον*, οὗ τὴν βρῶσιν ὁ Θεὸς προτρέπεται. Ἀντιδιαιρεῖ δὲ τούτῳ τὸ ἕτερον ξύλον, οὗ ἡ βρῶσις οὐκ ἰδιαζόντως καλοῦ ἢ κακοῦ, ἀλλὰ σύμμικτος· ἣν κωλύει μὲν ἀρχηγὸς τῆς ζωῆς, συμβουλεύει δὲ ὁ ὄφις, ἵνα τῷ θανάτῳ κατασκευάσῃ τὴν εἴσοδον. Συμμέμικται δὲ διὰ τῶν ἐναντίων ὁ καρπὸς τοῦ ἀπηγορευμένου ξύλου κατὰ τοῦτον τὸν λόγον· ὅτι οὐ γυμνὸν πρόκειται τὸ κακὸν κατὰ τὴν ἰδίαν φύσιν φαινόμενον· ἢ γὰρ ἄπρακτος ἂν ἦν ἡ κακία μηδενὶ κεχρωσμένη καλῷ τῷ ἐφελκομένῳ τὸν ἀπατώμενον πρὸς ἐπιθυμίαν αὐτοῦ. Νῦν δὲ σύμμικτός ἐστιν ἐν τῷ βάθει τὸν κεχρυμμένον ὄλεθρον ἔχουσα, ἐν δὲ τῇ κατὰ τὸ φαινόμενον ἀπάτῃ καλοῦ τινα φαντασίαν παραδεικνύουσα. Οὕτω τὰ ἁμαρτήματα ἐγκεχρυμμένην ἔχοντα τὴν διαφθορὰν, αἱρετὰ τοῖς ἀνεπισκέπτοις γίνεται, ἀντ' ἀγαθοῦ σπουδάζουσιν ἐξ ἀπάτης, καὶ ἐπὶ τὸ καλὸν οἱ πολλοὶ ἐν τῷ τὰς αἰσθήσεις εὐφραίνοντα· κρίνουσι, καὶ τῆς ὁμωνύμου,

Porro datum illud Adamo præceptum in paradiso divinitus, spectabat fruitionem omnis ligni, et abstinentiam a ligno vetito. Hoc illud est lignum, quod complectitur omne bonum, cui nomen est, omne. Hoc nimirum illud vere bonum est, de quo Davides inquit: *Oblectare in Domino* [25]. Et Solomon, Sapientiam, quæ est Dominus, *lignum vitæ* nominat [26]. Proinde idem est cum ligno vitæ illud, *Omne lignum* [27], ad cujus fruitionem Deus exhortatur. Ex opposito vero discernit ab hoc aliud lignum, cujus fruitio non est proprie boni vel mali, sed commista: quam prohibet quidem princeps vitæ, suadet vero serpens ut morti aditum paret. Mistus est autem per contraria fructus ligni vetiti, hac ratione, quod non nude nobis propositum est malum secundum propriam naturam apparens; nam irrita foret malitia, nullo colorata bono, quod hominem deceptum ad concupiscentiam sui pelliceret. Nunc autem mista est, in fundo habens absconditam perniciem, in apparente vero parte speciem quamdam boni ostentans. Ita peccata occultum interitum intra se habentia, incautis accepta fiunt, studiose usurpata pro bono ex deceptione: et inter bona multi quæ sensus exhilarant, referunt: propter communionem nominis, tum ejus quod re vera bonum est, tum quod bonum esse putatur. Qua

[23] Rom. VII, 9. [24] ibid. 9, 10. [25] Psal. XXXVI, 4. [26] Prov. III, 18. [27] Gen. II, 16.

propter tam ad malum quam ad bonum facta concupiscentia, boni et mali cognitio nominata est. Neque absolute malum dicitur, eo quod bono ornatum sit, neque pure bonum, eo quod subtus malum sit absconditum. Nam quod vere bonum est, simplex est; malum autem, varium, dum aliud atque aliud putatur, et per experientiam aliud deprehenditur. Propterea ostendit serpens pravum peccati fructum, non monstrato manifeste malo, sicut a natura habebat. Alias enim homo evidenti malo deceptus non fuisset. Itaque cum per quamdam speciem id quod apparebat, splendide exornasset, apud quam fidem mereri posset mulieri se conspiciendum præbet. *Et vidit*, inquit Moses, *mulier quod bonum esset lignum in cibum* [28]. Cum vero manducatio illa mortis sit mater facta, sic est cognitio boni et mali lignum illud nominatum, quod per malam letiferorum compositionem adjunctum mel habuit, quia quatenus quidem suaviter afficit sensum, bonum esse videtur; at quatenus perdit attingentem ac fruentem, prorsus postremum fit malum.

## INTERROGATIO CXXIII.

Peccatum, inobedientia omnisque vitiositas nominatur. Ante Adamum autem nullus hominum peccavit; neque enim erat. A quonam igitur perpetratum prius, *erat mortuum, et revixit veniente mandato* [29]? nam duorum illorum necessarium erit sequatur alterum; aut statuere te peccati naturam quamdam esse; aut perpetratum ipsum fuisse ab aliquo ante Adamum.

*Responsio.*

Apage cum dictione naturæ malorum. Peccatum mihi videtur esse omnis adversus virtutem resistendi conatus et repugnantia. Id autem dico diabolum esse, non natura, sed voluntate ad deterius conversum. Nam ab eo quod calumniatur apud Deum angelorum choros, convenienti nomine vocatus est diabolus, cum prius esset angelus princeps. Ex ultramundanis autem locis præcipitatus, re ipsa Dei fuit inimicus, nondum adhuc facto hoc aspectabili mundo, cumque nondum esset homo, qui postea ab ipso seductus est. Postquam autem homo conditus est, mox Deum apud Adamum calumniari cœpit, invidiæ crimen ipsi impingens; Adamoque relicto, primum tanquam infirmiorem, Evam aggreditur, et inquit: *Quid est quod dixit Deus: Ne comederitis de omni ligno paradisi* [30]? Simulatas affert quæstiones ille pestifer, ut ex ea disceret, qualis ea foret arbor, cujus cibum prohibuisset Dominus. Neque enim sciebat, de quanam arborum, ac cujus gratia præceptum datum esset. Illa vero simplicissima, et antehac natura minime vel vitiata vel adulterata, quidnam ille spectaret ignorans, letalem sibi plagam infert; inquit enim: *De omnis quidem ligni in paradiso fructu comedimus, de ligno autem in medio paradisi non comedimus* [31]. Tum ille Deum incusans, ait: *Novit Deus, quod quocunque die ex eo comederitis, aperientur*

Ostendite igitur et vos convivii structorem, et animalia mactata, et quis eorum numerus quibus celebris ille rubefactus est Nilus, et confestim tantum flumen in sanguinem mutatum, per Deum Mosi obediens, ubi præterea carnes tam immensæ mactationis pecorum, per quæ in sanguinem navigabilis transformatus est amnis? Quomodo item sanctus et per se subsistens vivus Deus, ac Verbum carnem gestans, et pro nobis ex monumento resurgens, in ipso relictis indumentis, non est nudus conspectus? Quis est qui præbeat, qui consuat, quis est qui cooperiat cooperientem universa? Quod si illa per divinam ejus adfuerunt voluntatem, credamus etiam primos parentes nostros per hanc amictos esse pellibus; non enim secundum illius vaniloqui opinionem, corpora nostra eæ pelles sunt, quibus postquam de vetitis comederant, animæ circumdatæ sunt; nam ante esum et transgressionem formatio corporum descripta est, sed et costa in mulierem Adamo facta ante transgressionem ablata est, cum in experte corporis costam statuere absurdum sit. Quæ item necessitas ipsos coegit foliis fici contegi, si erant incorporei?

INTERROGATIO CLIV.

Ex magno Davide discimus, animas ante corpora esse. Inquit enim ad Deum: *Manus tuæ fecerunt me* (animam intelligens) *et formaverunt me* [20], (corpus videlicet).

*Responsio.*

Non minor erat Davide magnus ille Jobus in justitia, neque minore septus potentia. Celebris enim et hic rex fuit, et par ei cum Davide justitiæ veritatisque testimonium a Deo perhibitum est. At hic ait ad Deum: *Manus tuæ fecerunt me* [21]. Et rursus: *Memento quod lutum me formasti* [22]. Num igitur propterea quod priore loco ponitur formatio, dicemus ante animam corpus esse? aut formationis ab ipso mentione facta, et factura non addita, ideo ipsum inanimum dicemus, vel aliter? Quandoquidem inquit Moses divinus ille creationis descriptor, quod accepto Deus pulvere terræ formaverit hominem, et non addidit quod eadem hora et momento ipsum perfecerit, num idcirco prius quidem exstitisse verticem, loco secundo autem oculos, tertio collum, et postremo tandem talos et pedes putabimus? Apagesis cum ejusmodi delirio. Unde enim sciemus, quod non a plantis aut lingua orsus sit nostram creationem optimus et sapientissimus artifex Deus?

INTERROGATIO CLV.

Qua in re tibi videtur homo esse factus ad imaginem Dei? Num in anima, tanquam spiritu et re inaspectabili, an in corpore multiplex est?

*Responsio.*

In neutro, præterquam in animæ immortalitate. Et in eo, quod omnibus dominatur: neque tamen in his etiam servat exactam ad Deum qualitatem et si-

[20] Psal. CXVIII, 73. [21] Job X, 8. [22] ibid. 9.

*Ἀπόκρισις.*

Δείξατε οὖν καὶ ὑμεῖς τὸν δαιτυμόνα, καὶ τὰ τυθέντα ζῶα, καὶ τίς ὁ ἀριθμὸς αὐτῶν· ἐξ ὧν ὁ διαβόητος πεφοίνικται Νεῖλος, καὶ ἀθρόως τὸ τοιοῦτον ῥεῦμα εἰς αἷμα μετέστη, διὰ Θεοῦ τῷ Μωσῇ πειθόμενον; Ποῦ τὰ κρέα τῆς ἀπείρου κτηνοσφαγίας, δι' ὧν εἰς αἷμα τὸ ναυσιπόρον μετέφυ ῥεῖθρον; Πῶς δὲ καὶ ὁ ἅγιος καὶ αὐθυπόστατος, ζῶν Θεὸς, καὶ Λόγος σαρκοφορῶν, καὶ ἐκ τοῦ ὑπὲρ ἡμῶν τάφου ἀνιστάμενος, ἐν αὐτῷ καταλείψας τὰ ἄμφια, οὐ γυμνὸς ὠράθη; Τίς ὁ παρασχόμενος, τίς ὁ ῥάψας, τίς ὁ περιβαλὼν τὸν περίβολον τοῦ παντός; Εἰ δὲ ταῦτα τῷ θείῳ αὐτοῦ παρυπέστη βουλήματι, πεισθῶμεν καὶ τοὺς προπάτορας ἡμῶν τούτῳ περιβληθῆναι τὰς δέῤῥεις· οὐ γὰρ κατὰ τὸν εἰκαιολέσχην τὰ σώματα ἡμῶν αἱ δέῤῥεις ὑπάρχουσιν, ἃς μετὰ τὸ ἔδεσθαι τῶν ἀπηγορευμένων αἱ ψυχαὶ περιέθεντο· πρὸ γὰρ τῆς βρώσεως καὶ τῆς παραβάσεως, ἡ πλάσις τῶν σωμάτων ἀναγέγραπται, ἀλλὰ τὴν πλευρὰν εἰς γυναῖκα ὁ Ἀδὰμ πρὸ τῆς παραβάσεως ἀφῃρέθη· ἐπὶ δὲ ἀσωμάτου πλευρὰν ἀπεικὸς οἴεσθαι. Τίς δ' αὐτοῖς καὶ ἀνάγκη φύλλα συκῆς περιβεβλῆσθαι, εἰ ὑπῆρχον ἀσώματοι;

ΠΕΥΣΙΣ ΡΝΔʹ.

Ἐκ τοῦ μεγάλου Δαβὶδ μανθάνομεν, τὰς ψυχὰς προγενεστέρας ὑπάρχειν τῶν σωμάτων. Λέγει γὰρ πρὸς Θεὸν, *Αἱ χεῖρές σου ἐποίησάν με* (τὴν ψυχὴν λέγων) *καὶ ἔπλασάν με* (τὸ σῶμα δηλονότι).

*Ἀπόκρισις.*

Οὐχ ἧττων τοῦ Δαβὶδ ὁ μέγας Ἰὼβ ἐν δικαιοσύνῃ, οὐδ' ἐν περιβολῇ δυνάμεως· βασιλεὺς γὰρ καὶ οὗτος διαθρύλλητος, καὶ ἴσα τῷ Θεῷ περὶ δικαιοσύνης καὶ ἀληθείας ὑπὸ Θεοῦ μαρτυρούμενος. Φησὶ δὲ τῷ Θεῷ, *Αἱ χεῖρές σου ἐποίησάν με*· καὶ πάλιν, *Μνήσθητι ὅτι πηλόν με ἔπλασας*. Ἆρ' οὖν παρὰ τοῦτο τῆς πλάσεως προταγείσης, ἐροῦμεν προϋπάρχειν τῆς ψυχῆς τὸ σῶμα; ἢ αὖ πάλιν, τῆς πλάσεως παρ' αὐτοῦ ῥηθείσης, τῆς δὲ ποιήσεως οὐ προστεθείσης, ἄψυχον παρὰ τοῦτο ἐροῦμεν αὐτὸν, ἑτέρως τε; Ἐπεί φησι Μωσῆς ὁ θεῖος συγγραφεὺς τῆς κτίσεως, *Καὶ λαβὼν ὁ Θεὸς χοῦν ἀπὸ τῆς γῆς, ἔπλασε τὸν ἄνθρωπον* καὶ οὐκ ἐπήγαγεν, ὅτι αὐθωρὶ καὶ ἐν ἀτόμῳ ὅλον αὐτὸν ἀπήρτισε· προϋπάρχειν μὲν τὴν κορυφὴν, δευτερεύειν δὲ τὰς ὄψεις, τριτεύειν δὲ τὸν αὐχένα, καὶ μεθυπάρχειν τὰ σφυρὰ καὶ τὰς βάσεις, παρὰ τοῦτο νοήσωμεν; Ἄπαγε τῆς φλυαρίας! πόθεν γὰρ εἰσόμεθα, ὅτι οὐκ ἀπὸ τῶν πελμάτων, ἢ τῆς γλώττης ἤρξατο ἡμῶν τῆς δημιουργίας ὁ ἀριστότεχνος καὶ πάνσοφος Θεός;

ΠΕΥΣΙΣ ΡΝΕʹ.

Ἐν τίνι σοι δοκεῖ τὸ κατ' εἰκόνα Θεοῦ ἔχειν ὁ ἄνθρωπος; Ἐν τῇ ψυχῇ ὡς πνεῦμα οὔσῃ καὶ ἀοράτῳ, ἢ ἐν τῷ σώματι πολυπλασίᾳ;

*Ἀπόκρισις.*

Ἐν οὐδετέρῳ, πλὴν ἐν τῷ ἀθανάτῳ τῆς ψυχῆς καὶ ἐν τῷ πάντων ἄρχειν αὐτόν· οὐδ' ἐν τούτοις μέντοι σώζει τὴν ἀκριβῆ πρὸς τὸ Θεῖον ἰσότητα καὶ

ὁμοίωσιν· ἄμφω γὰρ κτιστὰ, ἥ τε ψυχὴ καὶ τὸ σῶμα, καὶ σύνθετα τῇ πρὸς ἄλληλα συναφείᾳ καὶ κοινωνίᾳ· συνθέσει δὲ πάντως ἕπεται διάστασις, καὶ διαίρεσις· τὸ δὲ Θεῖον ἀσύνθετον ὑπάρχει καὶ ἀδιαίρετον, καὶ ἀσχημάτιστον, αὐτὸ ἐφ' ἑαυτοῦ μένον, καὶ ἀεὶ ὡσαύτως ἔχον. Οὐδ' αὖ πάλιν ἐν τῷ ἀρχικῷ σώζει πρὸς τὸ ἀρχέτυπον τῆς εἰκόνος τὴν ὁμοίωσιν. Οὐ γὰρ ἰσοκλεὴς τῷ ἐγχειροῦντι ὁ κομιζόμενος. Ὁ μὲν γὰρ παρέχων, ἀπροσδεὴς ὑπάρχει πάντως οὗ παρέσχεν· ὁ δὲ ὑποδεξάμενος ἐνδεὴς ὑπάρχει παντὸς τοῦ δοθέντος. Καὶ ὁ μὲν παρὰ Θεοῦ τῶν συνδούλων ἄρχειν ἐτάγη· ὁ δὲ Θεὸς παρ' οὐδενὸς, αὐτοκράτωρ τε καὶ παντοκράτωρ ὑπάρχων.

militudinem; utraque enim creata sunt, tam anima quam corpus, et composita mutua copulatione et communione. Compositionem autem prorsus sequitur separatio atque divisio. Deus autem incompositus est et indivisibilis, et nulla expressus forma, ipse per seipsum manens, et semper eodem modo affectus. Neque item in dominatu servat ad archetypum imaginis similitudinem. Non enim ejusdem honoris est cum datore his qui accipit. Nam qui præbet, omnino non indigus est ejus quod dedit. Qui autem recipit, indigus ejus est quod datum est. Et hic quidem a Deo conservis dominari jussus est: Deus autem a nemine, cum ipse per se sit propriæ potestatis Dominus, et omnipotens.

## ΠΕΥΣΙΣ ΡΝϚ'.

Ἀλλ' ἕκαστον καθ' ἑαυτὸ σκόπησον, τήν τε ψυχὴν ἰδίως, καὶ σῶμα ἑτέρως· καὶ ἀπόδος ἡμῖν ἐν ᾧ δοκεῖς τὸ κατ' εἰκόνα Θεοῦ.

### Ἀπόκρισις.

Οὐδέτερον τοῦ ἑτέρου διακριθὲν ὑπάρχει βροτὸς, ᾗ μὲν γὰρ πνεῦμα, οὐκ ἄνθρωπος· ᾗ δὲ πηλὸς, ἄλογος καὶ ἀναίσθητος· ἐξ ἀμφοῖν δὲ εἷς ἀποτελεῖται βροτός· καὶ ἡ μὲν ἀλλοιώσει καὶ τροπαῖς ὑπόκειται, τὰ μὲν ἐπιλανθανομένη, τὰ δὲ μνημονεύουσα, ἐν ἀφθονίᾳ πραγμάτων γαννυμένη, καὶ βλοσυρὸς ὑπάρχουσα, ποτνιωμένη δὲ καὶ σκυθρωπὸς ἐν ἐνδείᾳ, πῆ μὲν σεμνὰ, πῆ δὲ ἀκόλαστα λογιζομένη, νῦν μὲν δίκαια, νῦν δὲ ἄδικα προαιρουμένη, νῦν μὲν φιλάνθρωπος, νῦν δὲ ἀπάνθρωπος γινομένη, ἐν ἀκαρεῖ ὀργιζομένη, καὶ ἐν ἀτόμῳ ἡμερουμένη, μερισμοῖς καὶ μεταβολαῖς ὑπείκουσα, καθώς φησιν ὁ ὑψηλὸς Ἀπόστολος, διαῤῥήδην βοῶν· *Ζῶν γὰρ ὁ λόγος τοῦ Θεοῦ καὶ ἐνεργὴς, καὶ τομώτερος ὑπὲρ πᾶσαν μάχαιραν δίστομον, καὶ διικνούμενος ἄχρι μερισμοῦ ψυχῆς καὶ πνεύματος, καὶ διακριτικὸς ἐνθυμήσεων καὶ διανοιῶν.* Πῶς οὖν οἵα τε εἰκὼν ὑπάρχει, τοῦ ἀναλλοιώτου Θεοῦ, μερισμοῖς ὑποπίπτουσα, καὶ διακρινομένη τὰς ἐνθυμήσεις καὶ ἐννοίας, οὐ μόνον ὑπὸ Θεοῦ, ἀλλὰ καὶ ὑπὸ τῶν αὐτοῦ προφητῶν πολλάκις τὰ διὰ βάθους ἐλεγχομένη; Θεοῦ δὲ τὴν βουλὴν ἢ ἐνθύμησιν τίς καταλήψεται, τοῦ ἱεροῦ Ἀποστόλου βοῶντος· *Τίς ἔγνω νοῦν Κυρίου; ἢ τίς σύμβουλος αὐτοῦ ἐγένετο*; Εἰ οὖν τὸ κυριώτερον τοῦ ἀνθρωπίνου συγκράματος, ἡ ψυχὴ, ἀπελείφθη τῆς θείας εἰκόνος καὶ ὁμοιότητος, πόσῳ μᾶλλον ἐκείνης πόῤῥω φανήσεται ἡ τοῦ σώματος παραβολή; Τὸ μὲν γὰρ οἷον ὑπάρχει ἄφθαρτον, τὸ δὲ σῶμα φθαρτόν· τὸ μὲν ἀμέγεθες καὶ ἄποσον, τὸ δὲ βραχὺ καὶ περιληπτόν· τὸ μὲν ἀκατάληπτον καὶ ἀφῇ, καὶ τὸ δὲ ἁπτὸν καὶ ῥοῶδες· τὸ μὲν ἀσώματον καὶ ἄϋλον, παντὸς ὕψους μετέωρον, καὶ ὑπέρτερον, τὸ δὲ βραχὺ καὶ ὑλικὸν, γεωπετὲς καὶ χθαμαλὸν, περὶ τὰ κάτω καλινδούμενον· τὸ μὲν οὐκ αὔξει, οὐ λήγει, οὐχ ὑφίσταται, οὐ μειοῦται· μὴ τοίνυν ἔσο τοῖς κάτω πεπεισμένος, μηδὲ μελογραφοῦ τὸ Θεῖον, ἐπαΐων Θεοῦ φάσκοντος, ὅτι *Ἀρῶ εἰς τὸν οὐρανὸν τὴν χεῖρά μου, καὶ ὀμοῦμαι τῇ δεξιᾷ μου, καὶ ἐρῶ*· καὶ πάλιν, *Ὁ οὐρανός μοι θρόνος, ἡ δὲ γῆ ὑποπόδιον*

## INTERROGATIO CLVI.

At unumquodlibet per se considera, seorsum animam, et ex altera parte corpus; et expone nobis in quo putes esse id quod est secundum imaginem Dei.

### Responsio.

Neutrum ab altero separatum est homo: nam aliud quidem spiritus, non homo; aliud vero lutum rationis et sensus expers: ex utrisque autem unus perficitur homo. Atque illa quidem alterationi et mutationibus obnoxia est, alia quidem obliviscens, alia vero in memoria retinens, et in multitudine rerum læta et truculenta in alios, demissa autem et tetrica cum indiget. Alias quidem honesta et gravis, alias vero lasciva cogitans; nunc quidem justa, nunc autem injusta eligens; nunc quidem benigna, nunc vero inhumana; in temporis momento irascens, et in puncto placata, divisionibus et mutationibus obnoxia, quemadmodum inquit eximius ille Apostolus, diserte clamans: *Vivus est sermo Dei et efficax, ac penetrantior quovis gladio utrinque incidente, et pertingens usque ad divisionem spiritus et animæ, et discretor cogitationum et intentionum* [23]. Quomodo igitur potest imago esse immutabilis Dei divisionibus obnoxia, et cujus dijudicantur cogitationes et intentiones, non solum a Deo, sed etiam ab ejus vatibus, aliquoties etiam de reconditis convicta? Consilium autem cogitationemve Dei quis deprehendet, divo Apostolo clamante: *Quis cognovit mentem Domini, aut ei fuit a consiliis* [24]? Si igitur quod magis est proprium humanæ compositionis, ipsa nempe anima, distat ab imagine similitudineque divina: quanto magis ab illa longe distare apparebit comparatio corporis? Nam horum alterum incorruptibile est, alterum autem corruptibile, et illud quidem magnitudinis et quantitatis expers est, hoc autem exiguum et comprehensibile. Illud quidem incomprehensibile tactu, hoc autem tangi potest ac fluxum est; illud incorporeum et expers materiæ crassæ, omni altitudine sublimius et supereminentius; hoc autem exiguum et certæ quantitatis, in terra repens et humile, circa hæc inferiora versans. Illud denique non crescit, non desinit, non subsidet, non minuitur. Proinde tu quidem inferioribus his acquiescas,

[23] Hebr. IV, 12. [24] Rom. XI, 34.

neque Numen membris circumscribas, audiens Deum dicentem: *Tollam in cœlum manum meam, et jurabo, atque dicam* [25]. Et rursus: *Cœlum mihi thronus est, terra autem scabellum pedum meorum* [26]. Iterumque prophetam dicentem: *Qui mensus est cœlum palmo, et terram pugno* [27]. Et alibi, quod digito exsculpserit tabulas lapideas [28], quas Dei spectatori Mosi tradidit. Neque quod inquit Davides ille divinorum carminum auctor: *Inclina, Domine, aurem tuam, et exaudi me* [29]; et: *Ad me respice, et miserere mei* [30]: idcirco formam assignes Numini, membris ipsum et organo describens. Si enim ventus spirans ubique præsens est, et aer in se complectitur universa, quanto magis ille, qui ipsum spirare jussit, et ventos flantes congregavit? Solium complectitur sedentem, at Deus incomprehensibilis est. Quod si et terram scabellum habet, quomodo dum incedimus, aut aramus, aut ab oriente ad occidentem currimus, imperatorum jussu equos agentes et compellentes, non allidimur ad ipsius pedes? Quomodo vero cum cœlos palmo mensus est, et superne insidet, rursus in cœlum, inquit, effert manum? Quomodo vero tantis digitis absque ascia tabulas polivit, absque stylo sculpsit, et in eis legem perscriptam legislatori tradidit? Mentem igitur vel sero tandem recipe, et oculis mentis aspice ista cogitationes tantum et figuras esse, idque considera ex vili et exigua ad Numen comparatione.

*τῶν ποδῶν μου*· καὶ πάλιν του προφήτου λέγοντος, *Ὁ μετρήσας τὸν οὐρανὸν σπιθαμῇ, καὶ τὴν γῆν δρακί*· καὶ ἑτέρωθι, ὅτι δακτύλῳ χαράξας πλάκας λιθίνους τῷ θεόπτῃ Μωσῇ ἐνεχείρισε. Μηδ' ὅ τι φησὶ Δαβὶδ ὁ τῶν θείων μελῳδός· *Κλῖνον, Κύριε, τὸ οὖς σου, καὶ ἐπάκουσόν μου*· καὶ, *Ἐπίβλεψον ἐπ' ἐμὲ, καὶ ἐλέησόν με*, παρὰ τοῦτο σχηματίσῃς τὸ Θεῖον, μέλεσιν αὐτὸ καὶ ὀργάνῳ διαγράφων. Εἰ γὰρ ὁ ἄνεμος πνέων πάντῃ πάρεστι, καὶ ὁ ἀὴρ ἐμπεριέχει τὰ σύμπαντα, πόσῳ μᾶλλον ὁ τὸ πνεῖν αὐτῷ ἐπιτάξας, καὶ πνέοντα συνάξας; Ὁ θρόνος περιέχει τὸν καθήμενον, τὸ δὲ Θεῖον ἀπερίληπτον. Εἰ δὲ καὶ τὴν γῆν ἔχει ὑποπόδιον, πῶς βαδίζοντες, ἢ ἀροῦντες, ἢ ἀπὸ τῆς ἑῴας ἐπὶ τὴν Ἑσπέραν θέοντες, βασιλικοῖς προστάγμασιν ἱππηλατοῦντες, καὶ συνωθοῦντες, οὐ προσαραττόμεθα αὐτοῦ τοῖς ποσίν; Πῶς δὲ σπιθαμῇ τὸν οὐρανὸν μετρήσας, καὶ ἄνω καθήμενος, πάλιν εἰς οὐρανόν φησιν αἴρειν τὴν χεῖρα; Πῶς δὲ ἐν τοιούτοις δακτύλοις χωρὶς ἀξίνης πλάκας ἐλάξευσε; χωρὶς γραφίδος ἐτόρευσε; καὶ τῷ νομοθέτῃ ἐν αὐταῖς τὸν νόμον γράψας ἐπιδέδωκεν; Ἀνασφήλας τοίνυν κἂν ὀψὲ, ὀφθαλμῷ διανοίας ἄθρει δὴ νοήματα ὑπάρχειν ταῦτα, ἢ σχήματα, καὶ θέα μοι ἐξ εὐτελοῦς καὶ βραχείας πρὸς τὸ Θεῖον παραβολῆς.

Mare omnia magnitudine superans elementa, velut ex cado gutta est, et universa veluti stilla sunt, si ad divinum illud pelagus conferantur: quemadmodum inquit Propheta [31]. Verumtamen cum simplex quiddam sit, nullaque forma præditum, clamat absque ore, currit absque pedibus; insilit, et ad festinandum absque tibiis insurgit; detinet navigantes, non habens manus; in sublime elevatur absque alis; suffocat multos absque vola vel digitis, aut nexibus; insonat et exspuit labiis carens; rupibus allidit absque brachiis, elevans immensa ferentes onera naves; absque dentibus devorat, et vicinam terram excavat. Si vero cum simplex quiddam natura sit et fluxum, ista facere solet; quanto magis præstare potest hæc is, qui hujus intolerabilem violentiam atque tyrannidem paucissima arena refrenavit, et quasi ferreo muro circa ipsum posuit terminum? Per fluctus enim ad exteriorem regionem impetum faciens, arena quasi freno inhibetur, et in spumam impetu resoluto, ad seipsum revertitur. Similiter et spiritus venti, licet simplex sit, flans fistulat absque labiis, tecta dejicit absque brachiis, vindemiat fructus, arbores quatiendo absque manibus, dejiciens; excutit et fervefacit veluti fornax abyssum, et quæ sunt in fundo in superficiem transponit, non ventilabro, non sarculo utens; nititur ex adverso, et resistens inhibet a cursu ingentes naves, pectoribus et humeris carens. Alias autem albatas instar ovium impellit in pelago velut in prato vel campo, non bastili

Ἡ θάλαττα μεγέθει πάντων ὑπερέχουσα τῶν στοιχείων· ὡς σταγὼν ἀπὸ κάδου, καὶ ὡς ῥανὶς τὰ σύμπαντα πρὸς τὸ Θεῖον ὑπάρχει συγκρινόμενα πέλαγος, καθώς φησιν ὁ προφήτης· ἀλλ' οὖν ὅμως ἁπλῆ τις ὑπάρχουσα καὶ ἀσχημάτιστος, βοᾷ χωρὶς στόματος, τρέχει ἄνευ ποδῶν, ἐφάλλεται καὶ ἐπιτωθάζει ἄνευ σκελῶν οἰδαίνουσα· κατέχει τοὺς πλωτῆρας μὴ κεκτημένη χεῖρας· εἰς ὕψος μετεωρίζεται ἄνευ πτερῶν· πνίγει πολλοὺς ἄνευ ταρσῶν ἢ δακτύλων, ἢ ἀγκαλῶν· σιαλίζει καὶ ἀποπτύει, χειλέων ἔρημος· προσαράττει ταῖς πέτραις ἄνευ βραχιόνων, ἐπαίρουσα τὰς μυριοφόρους ὁλκάδας· χωρὶς ὀδόντων ὑπεσθίει καὶ ὑποτρύνει τὴν γείτονα χέρσον. Εἰ δὲ ἁπλῆ τὴν φύσιν καὶ ῥοώδης, ταῦτα δρᾷν εἴωθεν, πόσῳ μᾶλλον ὁ ταύτης τὴν ἀφόρητον βίαν καὶ τυραννίδα βραχυτάτῳ ψάμμῳ χαλινώσας, καὶ οἱονεὶ σιδήρῳ τείχει αὐτὴν περιορίσας; Ἐφορμῶσα γὰρ διὰ τῶν κυμάτων ἐπὶ τὴν ἔξω χώραν, οἱονεὶ χαλινῷ τῇ ψάμμῳ κρουομένη, εἰς ἀφρὸν τὴν ὁρμὴν διαλύσασα, πρὸς ἑαυτὴν ἐπανῆκεν. Ὡσαύτως καὶ τὸ ἀνέμιον πνεῦμα ἁπλοῦν ὑπάρχον, πνέον συρίζει ἄνευ χειλέων, ὀρόφους καθαιρεῖ ἄνευ βραχιόνων, τρυγᾷ τοὺς καρποὺς, κατασεῖον τὰ φυτὰ ἄνευ χειρῶν· ἐκμοχλεύει καὶ ἀναβράττει ὥσπερ χαλκεῖον τὴν ἄβυσσον· καὶ τὰ ἐν τῷ πυθμένι τῇ ἐπιφανείᾳ διατίθεται, οὐ πτύῳ, οὐ σκαπάνῃ χρώμενον, ἀντερίζεται, καὶ ἀντιβαῖνον εἴργει τοῦ δρόμου τὰς μυριοφόρους τῶν νηῶν, στέρνων καὶ ὤμων ἄμοιρον· ἑτέρας δὲ λευχειμονούσας, δίκην προβάτων ἐλαύνει, ὥσπερ ἐπὶ λειμῶνι ἢ πεδίῳ, τῷ πελάγει, οὐ σειρομάστῃ, οὐ βάκτρῳ παίων, ἐρυθραίνει

[25] Deut. XXXII, 40. [26] Isa. LXVI, 1. [27] Isa. XL, 12. [28] Deut. IX, 10. [29] Psal. LXXXV, 1. [30] Psal. XXIV, 19; LXXXV, 16. [31] Isa. XL, 15.

τῆς λίαν ὠχριώσας βροτοπορίας, οὐδενὶ φυκίῳ πάσσον αὐτάς. Εἰ οὖν θάλαττα καὶ ἄνεμος τῶν μὲν συνδούλων πάντων μεγέθει ὑπερέχοντα, κώνωπος δὲ ἢ ἐμπίδος, ἢ κόκκου σινάπεως, ἤ τινος βραχυτέρου τάξιν ἐπέχοντα πρὸς τὸ Θεῖον συγκρινόμενα, βοᾷ, ὠκυποδεῖ, ἐπιτωθάζει, κρατεῖ, εἴργει τοῦ πρόσω, χειρῶν καὶ σχημάτων ἔρημα, εὐεργετεῖ, κολάζει, πλουτίζει, ποντίζει, ἄγει, ἀπάγει, σὺ διὰ τί σχηματίζεις τὸ Θεῖον, ὦ ἀξιέραστε, καὶ μελογραφεῖς τὸ ἁπλοῦν καὶ ἀσύνθετον, καὶ ἀσχημάτιστον, ἀκούων, *Κλῖνον, Κύριε, τὸ οὖς σου*· καὶ πάλιν, *Ἐπίβλεψον ἐπ' ἐμέ*· καὶ πάλιν, *Ἐξαπόστειλον, Κύριε, τὴν χεῖρά σου ἐξ ὕψους, ἐξελοῦ με, καὶ ῥῦσαί με*, καὶ ὅσα τοιαῦτα; Ἄπαγε τοίνυν ἐν ψυχῇ ἢ σώματι ὁρίζεσθαι βροτοὺς κατ' εἰκόνα Θεοῦ ὑπάρχειν. Πῶς γὰρ τὰ εὐχείρωτα καὶ ἀλλοιούμενα, εἰκὸς ἔσται τῷ θείῳ παραβάλλειν, τῷ διὰ τοῦ προφήτου βοῶντι, *Ἐγώ εἰμι, καὶ οὐκ ἠλλοίωμαι*;

Οὔτε (99) ὁ θεῖος ψεύδεται λόγος κατ' εἰκόνα Θεοῦ εἰπὼν γεγενῆσθαι τὸν ἄνθρωπον· οὔτε ἡ ἐλεεινὴ τῆς ἀνθρωπίνης φύσεως ταλαιπωρία τῇ μακαριότητι τῆς ἀπαθοῦς θεότητος καθωμοίωται· ἀνάγκη γὰρ ἐπὶ τῇ συγκρίσει, ἢ παθητὸν τὸ Θεῖον, ἢ ἀπαθὲς εἶναι τὸ ἀνθρώπινον. Ἐξεταστέον οὖν πῶς ὅμοιον τῷ Θείῳ ὠνόμασται τὸ ἀνθρώπινον. Φησὶν ἡ Γραφή· *Καὶ ἐποίησεν ὁ Θεὸς τὸν ἄνθρωπον, κατ' εἰκόνα Θεοῦ ἐποίησεν αὐτόν*. Πάλιν ἐπαναλάμβανε· *Ἄρσεν καὶ θῆλυ ἐποίησεν αὐτούς*. Ὅπερ καὶ ἀλλότριον Θεοῦ ἐστιν· καὶ λοιπὸν, ἡ εἰκὼν οὐκ ἔχει τὸ τοῦ πρωτοτύπου ὁμοίωμα· ἡ δὲ λύσις τούτου τοιαύτη· Διπλῆ τίς ἐστιν ἡ τῆς φύσεως ἡμῶν κατασκευή· ἡ μὲν νοερὰ, ἥτις καὶ ἐν μεθέξει πάντων τῶν ἀγαθῶν οὖσα, κατ' εἰκόνα Θεοῦ γενέσθαι λέγεται· ἡ δὲ πρὸς τὴν τοῦ ἄῤῥενος καὶ θήλεος μεμερισμένη διαφοράν. Ἐπειδὴ δὲ μόνον τὸ Θεῖον ἄτρεπτον, τὸ δὲ ἡμέτερον τρεπτὸν (ἐκ τοῦ μὴ ὄντος γὰρ ἤρξατο), ὁ πρὸ τῆς γενέσεως τὰ πάντα εἰδὼς, προγνοὺς πρὸς ὅ τι ῥέπει ἡ αὐτεξούσιος τῆς ἀνθρωπίνης προαιρέσεως κίνησις, ἐπιτεχνᾶται τῇ εἰκόνι τὴν κατὰ τὸ ἄῤῥεν καὶ θῆλυ διαφοράν. Εἰπὼν δὲ ὁ λόγος ὅτι ἐποίησεν ὁ Θεὸς τὸν ἄνθρωπον, τῷ καθολικῷ ὀνόματι, καὶ τῷ ἀορίστῳ τῆς σημασίας ἅπαν συμπεριέλαβε τὸ ἀνθρώπινον· οὐ γὰρ συνωνομάσθη τῷ κτίσματι νῦν ὁ Ἀδὰμ, καθὼς ἐν τοῖς ἐφεξῆς, ἀλλὰ ὁ καθόλου ἄνθρωπος. Διὸ οὐδὲ ἐν τῷ Ἀδὰμ μόνῳ τὸ κατ' εἰκόνα Θεοῦ γενέσθαι ἔστιν ἰδεῖν, ἀλλ' ἐν παντὶ ἀνθρώπῳ· ὁμοίως γὰρ ἔχει ὅ τε πρῶτος κατασκευασθεὶς, καὶ ὁ τελευταῖος πάντων γενησόμενος. Ὁ γοῦν ἅπαν τὸ ἀνθρώπινον διὰ τῆς προγνωστικῆς κατανοήσας ἐνεργείας, καὶ τῇ ἰσαγγέλῳ λήξει τιμήσας, ἐπειδὴ προεῖδε μὴ εὐθυποροῦσαν πρὸς τὸ καλὸν τὴν ἀνθρωπίνην προαίρεσιν, ὡς ἂν μὴ κολοβωθῇ τὸ τῶν ἀνθρωπίνων ψυχῶν πλῆθος, ἐκπεσὼν ἐκείνου τοῦ τρόπου καθ' ὃν οἱ ἄγγελοι πρὸς πλῆθος ηὐξήθησαν, τὴν κατάλληλον τοῖς εἰς ἁμαρτίας ἐξολισθήσασι τῆς αὐξή-

vel baculo feriens; rubefacit valde pallentia hominibus transportandis parata navigia, nullo ipsa fuco varians. Si igitur mare et ventus, conservis quidem omnibus magnitudine præstantia, culicis autem vel mulionis, vel grani sinapis, aut alicujus rei minoris locum obtinentia, si cum Deo conferantur, clamant, velocia sunt, insectantur, fortiter vincunt, progressum impediunt, manibus et formis carentia, benefaciunt, puniunt, divitias conferunt, submergunt ponto, ducunt, abducunt, cur tu, vir præclarissime ac nobis chare, formam tribuis et ascribis membra Numini simplici et incomposito, et nulla forma expresso, dum audis: *Inclina, Domine, aurem tuam, et exaudi me* [32]? Item: *Et respice ad me* [33], et: *Mitte manum tuam ex alto, et eripe atque libera me* [34]; et quæ sunt ejusmodi alia. Proinde absit ut secundum animam aut corpus definias homines esse factos ad imaginem Dei. Quomodo enim comprehensu facilia et mutabilia conveniet ei assimilare, qui clamat per prophetam: *Ego sum, et non mutor* [35]?

Neque vero divinus sermo falsus est, dicens secundum imaginem Dei factum esse hominem, neque miserabilis humanæ naturæ infelicitas beatitati affectionum expertis divinitatis est similis. In horum namque collatione necessum est, aut passibilem esse divinitatem, aut humanitatem impassibilem. Et proinde disquirendum est, quomodo humanitas divinitati similis dicta sit. Scriptura inquit: *Et fecit Deus hominem, secundum imaginem Dei fecit eum.* Deinde subjicit: *Marem et feminam fecit ipsos* [36]. Id quod a Deo alienum est. Proinde hujus respectu imago non habet primi exemplaris similitudinem. Hujus autem solutio talis quædam est: Duplex quædam est naturæ nostræ structura: alia quidem intellectilis, quæ cum in omnium honorum participatione sit, secundum imaginem Dei dicitur esse facta; alia autem in maris et feminæ differentiam divisa. Quandoquidem autem sola divinitas immutabilis est, nostra vero natura mutabilis (cœpit enim esse de nihilo), qui ante generationem omnium præscius erat, præcognito ad quid declinatura esset propria potestate præditus humanæ voluntatis motus, adhibet opificio imaginis eam, quæ est in mare et femina, differentiam. Cum dicitur autem, quod fecerit Deus hominem, universali et indeterminato nomine significationis universam complexus est humanitatem: non enim una cum creato nunc mentio fit Adami, quemadmodum in sequentibus, sed homo nominatur universe. Ideo neque in solo Adamo structuram quæ secundum imaginem Dei est, videre licet, sed in quovis homine. Similiter enim affectus est qui primus est factus, et qui postremus omnium futurus est. Qui igitur omnem humanitatem per præcognoscentem vim facultatemque suam consideraverat, et pari cum angelis sorte honoraverat, quandoquidem prævidebat non recte ingressuram in bono humanam voluntatem,

[32] Psal. LXXXV, 1. [33] Psal. CXLIII, 7. [34] ibid. 16. [35] Malach. III, 6. [36] Gen. I, 26.

(99) *Οὔτε κ. τ. λ.* Ῥαψῳδία ab aliis temere adjecta ad finem verborum Cæsarii. Sunt autem hæc Nysseni. *De hominis structura*, cap. 17 et alius passim.

ne diminueretur humanarum animarum multitudo declinans ab illo modo quo angeli creverunt in multitudinem, in peccata prolapsis convenientem præparat incrementi rationem, pro angelica conversatione, brutum ac rationis expertem propagationis modum humanæ naturæ tribuens, quemadmodum inquit Davides : *Homo cum esset in honore non intellexit* [36]. Unde cum jumentis et pecoribus affinitas illa nostra, sæpenumero melius contegit deteriore, si quis animum ad vitia detraxerit. Nam ad vitiositatem accedens mentis efficacia, multiplicem rerum absurdarum procreationem instituit. Si vero a ratione nihil opis et auxilii vitiositas habuerit, statim dissolvitur. In beata igitur illa natura maris et feminæ discrimen nullum est. Quapropter cum hominem ad imaginem sui concederet, non augescendi seque amplificandi vim homini addidit, sed cum in marem ac feminam eum distingueret, inquit : *Crescite et multiplicamini, et impiete terram* [37], et quæ sequuntur; qua quidem voce prius etiam ad animalia bruta Deus usus fuerat. Si enim istiusmodi vox dicta fuisset, quando id quod secundum imaginem est, fecit, non utique animali generatione indiguissemus. Idcirco autem congruens hominum creationi tempus destinavit, ut una cum animarum productione, quæ ante determinatæ sunt, ipsum compleretur, tumque utrumque cessaret, atque ita fieret hujus universi reformatio ac generis humani mutatio, a terreno in id quod passionis expers est, et æternum. Sciendum quod imago quidem Dei est quæ in tota humanitate perfectionem habuit. Inquit enim, quod fecerit Deus hominem, non Adamum. Postquam autem addidisset humanæ naturæ proprietates, videlicet marem et feminam, tunc et nomen Adami adjecit, quod terrestre figmentum significat, in lingua Hebræa, sicut Paulus Græca voce *pulvereum* ipsum nominat [38].

σεως κατασκευάζει ἐπίνοιαν· ἀντὶ τῆς ἀγγελικῆς διαγωγῆς τὴν κτηνώδη καὶ ἄλογον τῆς ἐξ ἀλλήλων διαδοχῆς τροπὴν ἐμφυτεύσας τῇ ἀνθρωπότητι, ὥς λέγει Δαβίδ, καὶ *Ἄνθρωπος ἐν τιμῇ ὢν οὐ συνῆκεν*. Ὅθεν ἡ πρὸς τὸ κτηνῶδες συγγένεια ἡμῶν συγκαλύπτει πολλάκις τὸ κρεῖττον τῷ χείρονι, ἐπειδάν τις πρὸς τὰ πάθη τὸν νοῦν καθελκύσῃ. Τὴν γὰρ παρὰ τοῦ νοὸς συνέργειαν δοὺς τῷ πάθει, πολύχουν ἀπειργάσατο τῶν ἀτόπων τὴν γένεσιν. Εἰ δὲ τὴν ἐκ τοῦ λογισμοῦ συμμαχίαν οὐχ ἕξει τὸ πάθος, ταχέως διαλύεται. Τῇ μέντοι μακαρίᾳ φύσει ἡ κατὰ ἄῤῥεν καὶ θῆλυ διαφορὰ οὐκ ἔστιν, ὅθεν οὐδ' ὅτε τὸ κατ' εἰκόνα ἐποίησε, τότε τὴν τοῦ αὐξάνεσθαι καὶ πληθύνεσθαι δύναμιν τῷ ἀνθρώπῳ προσέθηκεν· ἀλλ' ὅτε διέκρινε τῇ κατὰ τὸ ἄῤῥεν καὶ θῆλυ διαφορᾷ, τότε φησίν, *Αὐξάνεσθε καὶ πληθύνεσθε*, καὶ τὰ ἑξῆς· πρότερον ἐπὶ τῶν ἀλόγων παρὰ τοῦ Θεοῦ τῆς τοιαύτης φωνῆς ῥηθείσης· εἰ γὰρ ἡ τοιαύτη φωνὴ ἐῤῥέθη, ὅτε τὸ κατ' εἰκόνα ἐποίησεν, οὐκ ἂν τῆς ζωώδους γεννήσεως προσεδεήθημεν. Διὰ τοῦτο δὲ καὶ τὸν σύμμετρον τῶν ἀνθρώπων χρόνον κατενόησεν τῇ κατασκευῇ, ὥστε τῇ παρόδῳ τῶν προορισθεισῶν ψυχῶν συναπαρτηθῆναι αὐτόν· καὶ τότε στῆναι ἀμφότερα, καὶ οὕτως τὴν τοῦ παντὸς ἀναστοιχείωσιν γενέσθαι, καὶ ἀμειψιν τοῦ ἀνθρωπίνου ἐκ τοῦ γεώδους ἐπὶ τὸ ἀπαθὲς καὶ ἀΐδιον. Ἰστέον δὲ, ὅτι ἡ μὲν εἰκὼν τοῦ Θεοῦ, ἡ ἐν πάσῃ τῇ ἀνθρωπότητι τὸ τέλος ἔσχεν· εἶπε γὰρ καὶ, ὅτι καὶ ἐποίησεν ὁ Θεὸς τὸν ἄνθρωπον, οὐχὶ τὸν Ἀδάμ. Μετὰ δὲ τὸ ἐπαγαγεῖν τῆς ἀνθρωπίνης φύσεως τὰ ἰδιώματα, ἤγουν τὸ ἄρσεν καὶ θῆλυ, τότε ἐπωνόμασεν αὐτὸν Ἀδάμ, ἤτοι γήϊνον πλάσμα, Ἑβραϊστί· καθὼς ὁ Παῦλος διὰ τῆς Ἑλλάδος φωνῆς *χοϊκὸν* αὐτὸν ὀνομάζει.

## INTERROGATIO CLVII.

Idem nobis videtur esse mens et anima. Quod enim est oculus in corpore, id omnino mens in anima inspectabili est, et ipsa inspectabilis, invisibilis exsistens. Itaque scire cupimus, an mens sit secundum imaginem Dei.

### *Responsio.*

Ne mens quidem et anima secundum meam determinationem idem sunt. Quod si ipsam etiam aliud quiddam ab anima diversum ratio demonstraverit, neque sic erit imago Dei, quæ corruptioni et mutabilitati subest, quemadmodum inquit sublimi mente præditus Apostolus : *Cantabo spiritu, cantabo et mente* [39], spiritum animam esse definiens, mentem autem ejus principalem et gubernatricem vim, cui obediens et velut regi in capite præsidenti sublimi duci interna cordis consilia deferens, multis captu difficilis est, repugnans cogitationi cogitatione superveniente, et per considerationem dementiæ. *Ex corde enim egrediuntur cogitationes malæ* [40], inquit Dominus. Si igitur impugnante nos cogitatione ex corde, opposuerimus supervenientem

## ΠΕΥΣΙΣ ΡΝΖ'.

Ταυτὸν ἡμῖν δοκεῖ ὁ νοῦς καὶ ἡ ψυχή. Ὃ γὰρ ὁ ὀφθαλμὸς ἐν τῷ σώματι ὤν, καὶ αὐτὸ τοῦτο πάντως νοῦς ἐν τῇ ἀοράτῳ ψυχῇ, ἀόρατος ὢν καὶ αὐτός· ἐπεὶ ἠρωτήσαμεν εἰ ὁ νοῦς ὑπάρχει κατ' εἰκόνα Θεοῦ.

### *Ἀπόκρισις.*

Οὐδὲ ὁ νοῦς καὶ ἡ ψυχὴ κατά γε τὸν ἐμὸν ὅρον ταυτὸν ὑπάρχει. Εἰ δὲ καὶ ἕτερόν τι παρὰ τὴν ψυχὴν, ὁ λόγος αὐτὸν ἀποδείξει, οὐδ' οὕτως εἰκὼν ἔσται τοῦ Θεοῦ, ὁ φθορᾷ καὶ ἀλλοιώσει κρατούμενος, καθώς φησιν ὁ ὑψηλὸς Ἀπόστολος· *Ψαλῶ τῷ πνεύματι, ψαλῶ καὶ τῷ νοΐ*· πνεῦμα τὴν ψυχὴν ὁριζόμενος, νοῦν δὲ τὸν αὐτῆς ἡγεμόνα, καὶ πρύτανιν· ᾧ ὑπείκουσα, καὶ ὥσπερ βασιλεῖ τῷ ἐν τῇ κεφαλῇ προκαθημένῳ ὑψηλῷ ἡγεμόνι τὰ ἐγκάρδια βουλεύματα ἀναφέρουσα, δυσάλωτος τοῖς πολλοῖς γίνεται· ἀντιστρατεύουσα τὸν ἐπιλογισμὸν τῷ λογισμῷ, καὶ τὴν ἐπίνοιαν τῇ ἀπονοίᾳ. *Ἐκ γὰρ τῆς καρδίας ἐξέρχονται διαλογισμοὶ πονηροί*, φησὶν ὁ Κύριος. Ἐὰν οὖν πολιορκοῦντος ἡμᾶς τοῦ ἐκ τῆς καρδίας λογισμοῦ, ἀντιτάξωμεν τὸν ἐπιλογισμὸν ἐκ τοῦ νοῦ, οἱονεὶ ἐκ βασιλέως κατα-

[36] Psal. XLVIII, 13, 21. [37] Gen. I, 28. [38] I Cor. XV, 48. [39] I Cor. XIV, 15. [40] Matth. XV, 19.

πεμφθέντα νόμον, θᾶττον ἠρεμεῖ τὸ πάθος· καὶ ἐὰν τῇ ἀπονοίᾳ τὴν ἐπίνοιαν ἐπεισάγωμεν, αὖθις κατεάσεται ἡ οἴδησις τῆς ὑπεροψίας· καὶ ὁ βρασμὸς τοῦ θυμοῦ κατευνάζεται περὶ τὸ δύστηνον σῶμα παφλάζων. Ἀπόνοια γὰρ ἀπουσία ὑπάρχει τοῦ νοῦ, τῆς ψυχῆς ἀπωθουμένης αὐτοῦ τὴν καθήγησιν ἐν τοῖς πρακτέοις, καὶ προσχωρούσης τῷ ὑποφήτῃ. Ἐπίνοια δὲ ὑπάρχει ἐπιφοίτησις καὶ ἐπαγωγὴ τοῦ νοῦ· καὶ νουθέτησις ἡ θέσις τοῦ νοῦ· ἣν ἐντίθενται οἱ καθηγηταὶ τοῖς φοιτηταῖς, νουθετοῦντες αὐτούς.

### ΠΕΥΣΙΣ ΡΝΗʹ.

Τί οὖν; οἱ μηδὲν μαθόντες, τὸν νοῦν οὐκ ἔχουσιν;

*Ἀπόκρισις.*

Ἔχουσι μὲν, ἐοίκασι δὲ τοῖς ῥυπώμοσιν (1), ἢ ῥακαμφίοις, ἐσθῆτι μὲν περικειμένοις, διεῤῥωγότι δὲ καὶ ἀτίμῳ. Ὅτι οὖν ἕτερον παρὰ τὴν ψυχὴν ὑπάρχειν τὸν νοῦν, ἀξιοπίστῳ μάρτυρι τῷ Ἀποστόλῳ χρησάμενος, ἀνωτέρω ἀπέδειξα. Εἰ δὲ ἐναργεστέραν ἴσως καραδοκεῖτε ἀπόφασιν, ἀθρήσατέ μοι τοὺς μαινομένους καὶ ἔκφρονας, τὰς μὲν ψυχὰς ἔχοντας, τὸν δὲ νοῦν μὴ ἔχοντας· ὅπερ ὑπάρχει ἀπόνοια· ἀποσφαλέντος αὐτοῖς τοῦ νοῦ, ὀχληρῷ τινι παρωσθέντος. Θέα μοι καὶ τοὺς ὑποτίτθους, ἐμψύχους μὲν, νοῦν δὲ μὴ ἔχοντας, οὔπω τῆς νουθεσίας αὐτοῖς παρὰ Θεοῦ γενομένης, διὰ τὸ ἀτελὲς καὶ ἀνεπίδεκτον τῆς φύσεως· ἃ καὶ παρὰ τὴν τοῦ νοῦ ἀπουσίαν, πολλάκις φασγάνῳ περιχαίνοντα, ἢ ὑάλῳ, ἤ τινος κακοῦ ὡς ἀγαθοῦ ἀπαρυσάμενα, θᾶττον οἴκτιστον ἀπηνέγκαντο θάνατον, βίᾳ τοῦ ζῆν ἀποῤῥαγέντα τῇ ἀπονοίᾳ.

### ΠΕΥΣΙΣ ΡΝΘʹ.

Οὐκοῦν, εἰ τῆς ψυχῆς ἡγεμὼν ὁ νοῦς ὑπάρχει, καὶ τῇ μὲν παρουσίᾳ τούτου σωζόμεθα, τῇ δὲ ἀπουσίᾳ μηδαμῶς· πάντως ἡμῖν ἐν τούτῳ ὑπάρχει τὸ κατ' εἰκόνα Θεοῦ, ὡς σωτήριον.

*Ἀπόκρισις.*

Εἰ καὶ ἡγεμόνα τῆς ψυχῆς ἔφην τὸν νοῦν, ἀλλ' αὖθις παρὰ τόπον ἔφην, μηδ' αὐτὸν ὑπάρχειν κατ' εἰκόνα Θεοῦ. Πῶς γὰρ ἔσται εἰκὼν τοῦ ἀφθάρτου ὁ φθαρτὸς καὶ εὐχείρωτος, ὁ αἰχμάλωτος τοῦ ἰσχυροῦ, καὶ ἀεὶ ὡσαύτως ἀτρέπτου μένοντος; Ὁ γὰρ τὴν παρωθούμενος, ἢ τοῦ αἱρεθέντος τὴν ἐξουσίαν οὐ μόνος ἔχων, ἀλλ' ὑποχωρῶν, ἢ συγκαταπίπτων τῷ χείρονι, οὐκ ἂν ἔσται εἰκὼν τοῦ ἀκλινοῦς καὶ ἀχειρώτου. Τούτοις δὲ ὁ νοῦς ἐν παραδείσῳ ὑπέκυψεν, ἢ ὑπεχώρησε τῇ συμβουλῇ τοῦ ὄφεως, ἢ ἀπωσθεὶς ἀπὸ τῆς ψυχῆς, ἢ συγκαταπεσὼν αὐτῇ. Ὅπερ δηλῶν ὁ ὑψηλόνους Ἀπόστολός φησι· *Φοβοῦμαι μὴ πάλιν ἐλθὼν ὁ ὄφις ἀπατήσῃ τινὰς ὑμῶν, καὶ φθαρῇ τὰ νοήματα ὑμῶν*· ἑτέρωθι δὲ τοὺς ἤδη ἁλόντας κωμῳδῶν φησιν· *Ἄνθρωποι κατεφθαρμένοι τὸν*

cogitationem ex mente, tanquam a lege emissam legem, citius quiescit affectus; et si dementiæ considerationem superinduxerimus, illico desinet inflatio arrogantiæ, et effervescentia iræ consopitur circa corpus infelix ubique fervens. Dementia enim absentia mentis est, anima repellente ejus disciplinam in rebus agendis, et accedente ad alium magistrum. Consideratio autem est accessus et mansuefactio mentis, et admonitio est quasi mentis positio, quam indunt præceptores discipulis, dum ipsos admonent.

### INTERROGATIO CLVIII.

Num igitur qui nihil didicerunt, mentem non habent?

*Responsio.*

Habent quidem, sed squaloribus aut indumento lacero vestitis similes, qui veste quidem amicti sunt, sed corrupta et ignominiosa. Porro quod aliud quiddam, quam anima, sit mens, fide digno usus teste Apostolo, supra demonstravi. Quod si evidentiorem exspectatis demonstrationem, considerate mihi insanos et mente captos, qui animas quidem habent, mentem non habent; id quod est dementia, quando in ipsis aberravit mens, aut aliqua perturbatione excussa est. Aspice item lactentes infantes, animatos quidem, sed mentem non habentes, nondum admonitionem divinitus consecutos, propter imperfectionem, et quod ejus nondum est capax natura: qui et propter absentiam mentis aliquoties gladio aut vitro inhiant, aut aliquid mali velut bonum exhaurientes, mox luctuosissimam reportarunt mortem, vita violenter ablata per dementiam.

### INTERROGATIO CLIX.

Si igitur animæ gubernatrix vis est mens, et præsentia quidem hujus servamur, absentia vero nequaquam: omnino nobis in ea est id quod secundum imaginem Dei est, tanquam in eo quod salutem præstat.

*Responsio.*

Licet animæ gubernatricem vix dixerim mentem, itidem tamen alibi dixi, neque hanc esse secundum imaginem Dei. Quomodo enim erit imago incorruptibilis ea quæ corruptibilis est et captu facilis, captiva robusti, et semper similiter immutabilis manentis? Nam quæ per aliud excutitur aut degravatur, aut ejus quod voluit potestatem non sola habens, sed quæ declinat, aut succumbit deteriori, non erit imago ejus qui non flectitur et incomprehensibilis est. Istis autem mens in paradiso succubuit, aut post ista deflexit consilio serpentis, aut repulsa ab anima, aut cum ipsa concidens. Id quod sublimi mente præditus Apostolus significans inquit: *Metuo ne rursus veniens serpens deceperit aliquos vestrum, et corruperit sensus vestros* [41]. Alibi

[41] II Cor. xi, 3.

(1) Ῥυπώμοσιν. Hic legendum ῥυπείμοσιν monet Cotelerius, ut superius innuimus ad *Interrog.* cxi, not. 64.

autem eos qui jam capti sunt lamentatus, inquit: *Homines corrupti mente, reprobi circa fidem* [42]. Et rursus inquit idem: *Video autem aliam legem in membris meis, repugnantem legi mentis meæ, et captivum reddentem me legi peccati* [43]. Quomodo igitur erit imago Dei immutabilis, carentis omni defectu et incomprehensibilis, quæ e diverso superata, aut succubuit, aut una cum anima cecidit, et in transgressionem prolapsa est?

### INTERROGATIO CLX.

In quo igitur tibi videtur imaginem Dei nos habere, an omnino nos ei dissimiles ostendis?

*Responsio.*

Id quidem, quod *secundum similitudinem* dicitur, paulo post demonstrabo, pro virili divinam sequens Scripturam. Quod autem *secundum imaginem* dicitur, quemadmodum prædixi, in immortalitate positum et in dominatione animæ mihi videtur, non aliter quam ut prædictum est. Aiunt enim Litteræ divinæ: *Et factus est homo in animam viventem* [44]: hoc est, immortalem. Id quod in præcedentibus clarius inquit: *Et dixit Deus: Faciamus hominem secundum imaginem et similitudinem nostram, et dominetur piscibus maris et volucribus cœli, et pecoribus et bestiis et reptilibus terræ* [45]. In eo igitur quod dominamur omni creaturæ quæ sub cœlo est, et in immortalitate animæ id quod secundum imaginem Dei est, habemus. Super quibus velut obstupescens de ineffabili bonitate Dei Davides carminum divinorum auctor inquit: *Domine, quid est homo, quod memor es ejus, aut filius hominis quod invisis eum* [46]? Consentiens autem cum patre peritus ille rerum divinarum Salomo inquit: *Domine, quid est homo quod magnificasti eum, aut quod visitas mentem quæ in ipso est* [47]? Et iterum inquit Davides: *Omnia subjecisti pedibus ejus, oves et boves omnes, insuper et pecora campi, volatilia cœli, et pisces maris, per marinas semitas ingredientes* [48].

*Secundum imaginem* intelligitur secundum rationem et intellectum et propriam potestatem, secundum id quod mens gignit sermonem, et spiritum producit, secundum dominandi potestatem. In his et angeli secundum imaginem sunt; abundantius autem homines, secundum id quod ingenitus est Adamus, genitus Sethus, procedens Eva, secundum id quod naturaliter dominatur: naturaliter enim imperat corpori anima. Et secundum id quod conjungit universam creaturam. In Deo enim unitur omnis creatura, et in homine. Vinculum enim est intellectilis et sensilis creaturæ. Et quod secundum imaginem nasciturus erat Filius Dei; non enim angelus, sed homo factus est.

Quemadmodum rex aliquis qui magnam ædifica-

*νοῦν, ἀδόκιμοι περὶ τὴν πίστιν* (1). Καὶ πάλιν ὁ αὐτός· *Ὁρῶ δὲ ἕτερον νόμον ἐν τοῖς μέλεσί μου, ἀντιστρατευόμενον τῷ νόμῳ τοῦ νοός μου, καὶ αἰχμαλωτίζοντά με τῷ νόμῳ τῆς ἁμαρτίας.* Πῶς οὖν ἔσται εἰκὼν Θεοῦ τοῦ ἀτρέπτου καὶ ἀλωβήτου καὶ ἀχειρώτου, ὁ τὸ ἐναντίον ἡττηθεὶς, ἢ ὑποχωρήσας, ἢ συγκαταπεσὼν τῇ ψυχῇ, καὶ εἰς παράβασιν ἐξολισθήσας;

### ΠΕΥΣΙΣ ΡΞ'.

Ἐν τίνι οὖν σοι δοκεῖ τὸ κατ' εἰκόνα Θεοῦ ἔχειν ἡμᾶς, εἰ ὅλως ἐκείνης ἡμᾶς ἀνομοίους ἐπιδεικνύεις;

*Ἀπόκρισις*

Τὸ μὲν *καθ' ὁμοίωσιν* μικρὸν ὕστερον ἀποδώσω, κατὰ δύναμιν τῷ θείῳ ἑπόμενος γράμματι. Τὸ δὲ *κατ' εἰκόνα*, ὡς προέφην, ἐν τῷ ἀθνήτῳ καὶ ἀρχικῷ τῆς ψυχῆς μοι δοκεῖ, οὐχ ἑτέρως δὲ ἢ ὡς προείρηται· φησὶ γὰρ τὸ θεῖον Γράμμα· *Καὶ ἐγένετο ἄνθρωπος εἰς ψυχὴν ζῶσαν*, ἀντὶ τοῦ ἀθανάτου. Τὸ πρὸ τούτου μᾶλλον φήσω (2)· *Καὶ εἶπεν ὁ Θεός· Ποιήσωμεν ἄνθρωπον κατ' εἰκόνα καὶ ὁμοίωσιν ἡμετέραν· καὶ ἀρχέτωσαν τῶν ἰχθύων τῆς θαλάττης, καὶ τῶν πετεινῶν τοῦ οὐρανοῦ, καὶ τῶν κτηνῶν καὶ θηρίων καὶ ἑρπετῶν τῆς γῆς.* Ἐν τῷ ἄρχειν τοίνυν πάσης κτίσεως ὑπουρανίου, καὶ ἐν τῷ ἀθανάτῳ τῆς ψυχῆς, τὸ κατ' εἰκόνα Θεοῦ ἔχομεν· ὑπὲρ ὧν οἱονεὶ ἐκπληττόμενος τὴν ἄφατον τοῦ Θεοῦ ἀγαθότητα Δαβὶδ ὁ τῶν θείων μελῳδός φησι· *Κύριε, τί ἐστιν ἄνθρωπος, ὅτι μιμνήσκεις αὐτοῦ, ἢ υἱὸς ἀνθρώπου, ὅτι ἐπισκέπτῃ αὐτοῦ*; Συμφώνως δὲ τῷ πατρὶ Σολομὼν (3) ὁ τῶν θείων σοφός· *Κύριε, τί ἐστιν ἄνθρωπος, ὅτι ἐμεγάλυνας αὐτὸν, ἢ ὅτι ἐπισκέπτεις τὸν νοῦν εἰς αὐτόν*; Καὶ αὖθις ὁ Δαβίδ· *Πάντα ὑπέταξας ὑπὸ τοὺς πόδας αὐτοῦ, πρόβατα καὶ βόας ἁπάσας, ἔτι δὲ καὶ τὰ κτήνη τοῦ πεδίου, τὰ πετεινὰ τοῦ οὐρανοῦ, καὶ τοὺς ἰχθύας τῆς θαλάσσης, τὰ διαπορευόμενα τρίβους θαλασσῶν.*

Τὸ *κατ' εἰκόνα* (4) νοεῖται, κατὰ τὸ λογικὸν καὶ νοερὸν καὶ αὐτεξούσιον· κατὰ τὸ γεννᾷν τὸν νοῦν λόγον, καὶ προβάλλειν πνεῦμα κατὰ τὸ ἀρχικόν· ἐν τούτοις καὶ οἱ ἄγγελοι κατ' εἰκόνα· ἐκ περιουσίας δὲ οἱ ἄνθρωποι, κατὰ τὸ ἀγέννητον τοῦ Ἀδὰμ, τὸ γεννητὸν τοῦ Σὴθ, τὸ ἐκπορευτὸν τῆς Εὔας, κατὰ τὸ φύσει ἀρχικόν· φύσει γὰρ κρατεῖ τοῦ σώματος ἡ ψυχή. Καὶ κατὰ τὸ συνάγειν πᾶσαν τὴν κτίσιν· ἐν τῷ Θεῷ γὰρ ἑνοῦται πᾶσα ἡ κτίσις, καὶ ἐν τῷ ἀνθρώπῳ· σύνδεσμος γάρ ἐστι νοητῆς καὶ αἰσθητῆς κτίσεως. Καὶ ὅτι κατ' εἰκόνα ᾗ ἔμελλεν γενέσθαι ὁ Υἱὸς τοῦ Θεοῦ· οὐ γὰρ ἄγγελος, ἀλλ' ἄνθρωπος ἐγένετο.

Ὥσπερ τις βασιλεὺς πόλιν ποιήσας μεγάλην, εἰ-

[42] II Timoth. iii, 8. [43] Rom. vii, 23. [44] Gen. ii, 7. LXX. [48] Psal. viii, 8, 9. [45] Gen. i, 26. [46] Psal. viii, 5. [47] Job vii, 16, sec.

(1*) *Ἐτέρωθι ... περὶ τὴν πίστιν.* Hunc locum omisit interpres. In textu autem Paullino, editi vitiose, ἂν κατεφθ ... ἀδόκιμον.
(2) *Φήσω.* An legendum φῆσαν? Edit.
(3) *Σολομών.* Memoriæ lapsu Salomoni tribuit hunc locum Cæsarius. Exstat enim Job vii, 16, sec. LXX.
(4) *Τὸ κατ' εἰκόνα.* Hæc aliunde descripta sunt, et Cæsarianis inserta. Edit. Paris.

κόνα αὐτοῦ μέσον αὐτῆς ἵστησιν, ἵνα τιμᾷ τὰ εἰς δόξαν ἐκείνων· οὕτως καὶ ὁ Θεὸς τὸν κόσμον ποιήσας, κατ' εἰκόνα αὐτοῦ τὸν ἄνθρωπον ἐποίησε· κατ' εἰκόνα δὲ, διὰ τὸ δεκτικὸν εἶναι ἀρετῆς καὶ ἀγαθότητος· φησὶ γάρ· *Γίνεσθε ἅγιοι, ὅτι ἐγὼ ἅγιός εἰμι*· καὶ ὁ Ἀπόστολος· *Καθὼς ἐφορέσαμεν τὴν εἰκόνα τοῦ χοϊκοῦ, φορέσωμεν καὶ τὴν εἰκόνα τοῦ ἐπουρανίου*. Οὐ δοκεῖ μοι δὲ κατὰ τὸ ἄρχειν, ἐπεὶ καὶ οἱ ἄγγελοι ἀρχαὶ καὶ ἐξουσίαι λέγονται· καὶ ὁ ἥλιος, καὶ ἡ σελήνη ἄρχειν τῆς ἡμέρας καὶ τῆς νυκτός· ἀλλ' οὐ διὰ τοῦτο κατ' εἰκόνα λέγονται Θεοῦ. Πάλιν ὁ Ἀπόστολος λέγων, *Ὁ ἀνήρ ἐστι κατ' εἰκόνα Θεοῦ, ἡ δὲ γυνὴ, δόξα ἀνδρός*· τὸ, ὁμότιμον τῷ ἀνδρὶ γενέσθαι τὴν γυναῖκα, ἠκρωτηριάσθαι δὲ αὐτῇ τὰ τῆς τιμῆς μετὰ τὴν παράβασιν δηλοῖ· τὸ δὲ *καθ' ὁμοίωσιν*, ἴσως ἐκ παραλλήλου, ὡς τὸ, *Ἐκοιμήθην, καὶ ὕπνωσα*· καὶ τὸ, *Μακάριος ὁ συνιῶν ἐπὶ πτωχὸν καὶ πένητα*, ἐλέχθη.

## ΠΕΥΣΙΣ ΡΞΑ'.

Καὶ διὰ τί ἄρα τῶν ἰχθύων ἄρχειν ἐτάχθημεν, καὶ τῶν πετεινῶν, καὶ οὕτως κτηνῶν, καὶ θηρίων, καὶ πετεινῶν καὶ ἑρπετῶν;

*Ἀπόκρισις.*

Πρῶτον τῶν ἀσθενεστέρων ἔδωκε κατατολμᾷν, καὶ οὕτως θαρσήσων τὰ τῶν ἰσχυροτέρων κρατεῖν θηρῶν· ἢ ὅτι πρῶτον ἐκ τῶν ὑδάτων τὸ νηκτὸν καὶ πτηνὸν προῆλθε γένος· εἶθ' οὕτως ἐξεβράσθη τῆς χέρσου τὰ θηρία, καὶ κτήνη καὶ ἑρπετά. Τὰ οὖν πρόγονα εἰκότως καὶ πρῶτα εἰς δουλείαν βροτοῖς παρεσχέθη.

## ΠΕΥΣΙΣ ΡΞΒ'.

Καὶ πῶς ἐσμεν ἄρχοντες κτηνῶν καὶ θηρίων καὶ ἑρπετῶν, ὁπόταν λέων, ἄρκτος, λύκος, ὄφις, σκορπίος, πάντα ἡμῖν ἐπανίσταται, τὰ μὲν σπαράξαι, τὰ δὲ πλῆξαι καὶ διὰ τοῦ ἰοῦ ἡμᾶς θανατῶσαι βουλόμενα;

*Ἀπόκρισις.*

Ἀνωτέρω που, καθόσον οἷός τέ εἰμι, περὶ τούτου ἀπεφηνάμην· καὶ περιττολογίας μοι δοκεῖ τοῖς αὐτοῖς ἐγκαλινδεῖσθαι, μηδὲ τῆς ὥρας ἐχούσης.

## ΠΕΥΣΙΣ ΡΞΓ'.

Ἀνωτέρω εἶπας, ὅτι πρὸ τῆς ἁμαρτίας πάντα ἡμῖν τὰ θηρία καὶ ἑρπετὰ ὑπέκυπτε, καὶ ἐφοβεῖτο· μετὰ δὲ τὴν παράβασιν, ἐκπεσόντων ἡμῶν τῆς ἀρχῆς, πάντα ἡμῖν ἐπαναστῆναι, καὶ οὕτως ἔχειν ἀπέδειξας. Νῦν δὲ ζητοῦμεν ἀκοῦσαι διὰ τί μὴ καὶ οὐρανοῦ καὶ γῆς καὶ θαλάσσης καὶ ποταμῶν, καὶ ἡλίου, καὶ σελήνης, καὶ νεφῶν ἄρχομεν, εἰ κατ' εἰκόνα Θεοῦ ἐσμεν· ὁ γὰρ Θεὸς, πάντων ἀρχή.

*Ἀπόκρισις.*

Ὁ περὶ τῶν θηρίων καὶ ἐπὶ τούτοις ἁρμόττει λόγος· οἱ γὰρ τὴν εἰκόνα ἅμα παραχαράξαντες διὰ τοῦ ὑπαχθῆναι τῷ χείρονι, μηδὲ τῆς ἀρχῆς ἐκπεπτωκότες, καὶ τούτων ὑπῆρχον ἄρχοντες.

vit civitatem, in ejus medium imaginem suam statuit, ut honoretur in honorem sui: ita et Deus postquam mundum fecisset, secundum imaginem suam hominem fecit: secundum imaginem autem, quod capax esset virtutis et bonitatis: inquit enim: *Sancti estote, quoniam ego sanctus sum*[89]; et Apostolus: *Quemadmodum gestavimus imaginem terreni, gestemus et imaginem cœlestis*[90]. Non videtur autem mihi secundum dominium, siquidem et angeli, principatus et potestates dicuntur, et sol et luna dominari diei et nocti; neque tamen ideo secundum imaginem Dei facta dicuntur. Rursus inquit Apostolus: *Vir est secundum imaginem Dei, mulier autem gloria viri est*[91], quod ejusdem honoris cum viro femina fuerit, amiserit autem honorem post transgressionem, significans; *secundum similitudinem* autem forte pro eodem dicitur, ut hoc: *Dormivi et sopitus sum*[92]; et ut illud: *Beatus qui intellectum habet super pauperem et egenum*[93].

## INTERROGATIO CLXI.

Quare vero primum piscibus dominari præceptum est et volucribus, ac deinceps jumentis, bestiis et reptilibus

*Responsio.*

Primum in infirmiora dedit audaciam, ut sic deinceps confidentior factus etiam fortioribus bestiis dominaretur; aut quod primum ex aquis natatile volatileque genus prodiit, deinceps ex terra productæ sunt bestiæ, et jumenta et reptilia. Primum igitur nata merito quoque primum sunt hominum servituti subjecta.

## INTERROGATIO CLXII.

Et quomodo sumus domini, cum ex jumentis et bestiis, et reptilibus quandoque leo, ursus, lupus, serpens, scorpius, omnia denique adversus surgunt, partim quidem discerpere, partim vero percutere, ac veneno nos necare volentia?

*Responsio.*

In superioribus alicubi, quantum meæ facultatis est, id declaravi; supervacaneumque mihi videtur iisdem implicari, cum tempus non suppetat.

## INTERROGATIO CLXIII.

In superioribus dixisti, quod omnes bestiæ et reptilia ante peccatum se nobis submiserint, et nos reverita sint; post transgressionem autem, postquam nos ex dominandi potestate excidimus, omnia adversus nos insurgant: sicque rem habere demonstrasti. Nunc autem audire quærimus, cur non et cœlo, et terræ, et mari, et fluminibus, soli et lunæ, et nubibus dominemur, si secundum imaginem Dei sumus: Deus enim omnibus imperat.

*Responsio.*

Quod dictum de bestiis est, etiam istis convenit; nam qui mox depravarunt imaginem per subjectionem deterioris, nisi imperio excidissent, etiam istorum domini fuissent.

[89] Levit. xi, 44. [90] I Cor. xv, 49. [91] I Cor. xi, 7. [92] Psal. v, 6. [93] Psal. xl, 2.

### INTERROGATIO CLXIV.

Num igitur si cœlo præcepisset ut plueret, aut terræ ut aliquid produceret, obedivissent? aut soli ut exoriretur, num exortus fuisset? aut mari ut siccaretur, aut fluvio ut interrumperetur et non flueret, num obedissent?

*Responsio.*

De hoc cape evidentes demonstrationes. Moses divinus ille legislator percussione virgæ Rubro interrupto mari, et per medium sectis aquæ partibus instar murorum firmatis, sexcenta millia virorum in abyssi sicco fundo siccis pedibus traduxit. Et haud diu post exercitu aquam quærente in solitudine aquarum experte, baculo percussa rupe, e vestigio fluvium effudit inundantem desertum. Similiter Jesus Nave filius, illius successor, celebri amne Jordanis diviso, eumdem trajicit populum, duodecim lapides ex ripa fluminis populo præcipiens ut tolleret, quos cernimus in hodiernum usque diem, eo locorum profecti. Idem cum præcepisset soli cœlum percurrenti, defixit ipsum in eo loco usque ad sequentem diem et eamdem horam, cum tantummodo dixisset : *Consistat sol juxta Gabaonem, et luna juxta vallem Elonem* [64]; loca quædam significans, usque dum hostes sternerent, et victoriæ tropæum erigerent. Considera vero et Eliam illum divinum, solo verbo ex cœlis ignem deducentem super missum ad se a rege quinquagenarium, cui inquit : *Si ego sum homo Dei, descendat ignis ex cœlo, et absumat te et quinquaginta milites tuos* [65]. Mox autem et evestigio superveniens flamma eam cohortem militum in cineres redegit. Rursus idem zelo Dei correptus, castigare volens astrorum cultui deditum populum, tres et dimidium annum imbriferis nubibus verbo firmatis, perseveravit morte punire Deo repugnantem populum, pluviis interceptis. Inquit enim : *Vivit Dominus, si erit pluvia super terram, nisi per os meum* [66]; quasi dicat, quando mihi visum fuerit. Cum autem in cœlum equitaturus, et igneis quadrigis assumendus esset, cum ad Jordanem pervenisset, cum ipsum pallio percussisset, flumen divisit, sicco pede una cum Elisæo pertransiit, ascendit solus igneum currum, et inde per aera vadens, tunicam ad discipulum abjecit, abiitque vivus usque in hodiernum diem. Considera item in Testamento Novo mundi dominos et principes, quomodo Petrus quidem ex nubibus dejicit Simonem; Paulus autem tertio cœlo calcato, et inde paradiso, judicat angelos qui defecerunt. Et ut omnia summatim dicam, qui imaginem malis actionibus non macularunt, neque imperio exciderunt, omnibus imperant et dominantur cœlestibus.

### INTERROGATIO CLXV.

Bene nobis expositis iis quæ dicenda de imagine sunt, rogamus ut adjicias etiam id quod est secundum similitudinem. Quare cum dixisset Deus : *Faciamus hominem secundum imaginem et similitudi-*

### ΠΕΥΣΙΣ ΡΞΔ'.

Ἆρ' οὖν, εἰ ἐπέταξε τῷ οὐρανῷ, ἔβρεχεν; ἢ τῇ γῇ βλαστῆσαί τι, ὑπήκουεν; ἢ τῷ ἡλίῳ ἀνατεῖλαι, ἀνέτειλεν; ἢ τῇ θαλάσσῃ ξηρανθῆναι, ἢ τῷ ποταμῷ ἀνακοπῆναι, καὶ μὴ ῥεῖν, ἆρα ὑπήκουον;

*Ἀπόκρισις.*

Κομίζου περὶ τούτου ἐναργεῖς τὰς ἀποδείξεις. Μωσῆς τοίνυν ὁ θεῖος νομοθέτης πληγῇ ῥάβδου τὸ Ἐρυθραῖον διακόψας πέλαγος, καὶ δίκην τειχέων τὰ ἡμίτομα πήξας τοῦ ὕδατος, ἑξακοσίας ἀνδρῶν χιλιάδας ἐν ξηρῷ τῷ πυθμένι τῆς ἀβύσσου ἀνίκμοις ποσὶ διεβίβασε· καὶ μετὰ ὀλίγον, ὕδωρ τοῦ στρατοῦ ζητήσαντος κατὰ τὴν ἔρημον, ἄμοιρον νοτίδος ἀκρότομον βακτηρίᾳ πατάξας, ποταμὸν αὖθις ἐξέχεε τὴν ἔρημον κατακλύζοντα. Ὡσαύτως Ἰησοῦς ὁ τοῦ Ναυῆ, ὁ τούτου διάδοχος, τὸ πολυθρύλλητον Ἰορδάνου ῥεῖθρον διαστήσας, τὸν αὐτὸν διάγει λαόν· δώδεκα λίθους ἐκ τῆς κρηπῖδος τοῦ ῥεύματος ἀνελέσθαι τῷ λαῷ διαταξάμενος· οὓς ὁρῶμεν μέχρι τήμερον οἱ ἐκεῖ φοιτῶντες· ὁ αὐτὸς ἐπιτάξας τῷ ἡλίῳ τὸν οὐρανὸν διαθέοντι, κατέπηξεν αὐτὸν ἐν τῷ τόπῳ μέχρι τῆς ἐπιούσης ἡμέρας καὶ τῆς αὐτῆς ὥρας, φήσας μόνον, *Στήτω ὁ ἥλιος κατὰ Γαβαὼν, καὶ ἡ σελήνη κατὰ φάραγγα Ἐλώμ*, τόπους τινὰς δηλῶν, μέχρι τοὺς πολεμίους τρέψασθαι καὶ ἐγεῖραι νίκης τρόπαιον. Θέα μοι καὶ Ἠλίαν τὸν θεσπέσιον, λόγῳ ψιλῷ ἐξ οὐρανῶν πῦρ κατάγοντα ἐπὶ τὸν ἀποσταλέντα πρὸς αὐτὸν ὑπὸ τοῦ βασιλέως πεντηκόνταρχον, ᾧ φησιν· *Εἰ ἐγὼ ἄνθρωπος τοῦ Θεοῦ, καταβήτω πῦρ ἐκ τοῦ οὐρανοῦ, καὶ ἀναλωσάτω σε, καὶ τοὺς πεντήκοντά σου*· αὐτίκα δὲ παρὰ πόδας ἡ φλὸξ ἐπελθοῦσα, τὴν σπεῖραν τῶν στρατιωτῶν ἀπηθάλωσε. Πάλιν ὁ αὐτὸς ζήλῳ Θεοῦ κρατούμενος, τιμωρῆσαι τὸν εἰδωλολάτρην λαὸν βουλόμενος, τρεῖς καὶ ἥμισυ χρόνους τὰς ὀμβροφόρους νεφέλας ῥήματι στειρώσας, ἔμενε θανάτῳ παιδεύων θεομάχον λαὸν, τοὺς ὑετοὺς ἀνακόψας. Φησὶ γὰρ, *Ζῇ Κύριος, εἰ ἔσται ὑετὸς ἐπὶ τῆς γῆς, εἰ μὴ διὰ στόματός μου*· ὡσανεὶ, Ὅταν μοι δόξῃ. Τὸν οὐρανὸν δὲ μέλλων ἱππηλατεῖν, καὶ πυρίνῳ τεθρίππῳ ἀναλαμβάνεσθαι, ἐπὶ τὸν Ἰορδάνην φθάσας, τὴν μηλωτὴν πλήξας, τὸ ῥεῖθρον διέστησε, καὶ ἀβρόχῳ ποδὶ ἅμα τῷ Ἐλισαίῳ διαφοιτήσας, ἐπιβαίνει μόνος τῷ πυρίνῳ ὀχήματι· ἐκεῖθεν ἀεροπορῶν, δέῤῥιν τῷ μαθητῇ ἐπιῤῥίψας ἀπῆλθε, ζῶν μέχρι τήμερον. Θέα δέ μοι πάλιν καὶ τοὺς τῆς Καινῆς Διαθήκης τοῦ κόσμου κυρίους καὶ ἄρχοντας· πῶς ὁ μὲν Πέτρος ἐκ τῶν νεφῶν καταράττει τὸν Σίμωνα· ὁ δὲ Παῦλος τὸν τρίτον οὐρανὸν πατήσας, κἀκεῖθεν τὸν παράδεισον, κρίνει καὶ ἀγγέλους ἀποστατήσαντας· καὶ συνελόντα φάναι, οἱ τὴν εἰκόνα δυσπραγίαις μὴ μωμήσαντες, μηδὲ τῆς ἀρχῆς ἐκπεσόντες, πάντων ἄρχουσι καὶ δεσπόζουσι τῶν ἐπουρανίων.

### ΠΕΥΣΙΣ ΡΞΕ'.

Καλῶς τὰ περὶ τῆς εἰκόνος ἡμῖν ἐκθέμενον, ἀξιῶμεν προστεθῆναι ταύτῃ τὸ καθ' ὁμοίωσιν· καὶ διὰ τί εἰπὼν ὁ Θεὸς, *Ποιήσωμεν ἄνθρωπον κατ' εἰκόνα καὶ ὁμοίωσιν ἡμετέραν*· τὸ μὲν κατ' εἰκόνα,

[64] Jos. x, 12. [65] IV Reg. ix, 12. [66] III Reg. xvii, 1.

ἔδωκε· τὸ δὲ *καθ' ὁμοίωσιν*, ἐσιώπησε. Φησὶ γὰρ ἡ Γραφὴ, *Καὶ ἐποίησεν ὁ Θεὸς τὸν ἄνθρωπον, κατ' εἰκόνα Θεοῦ ἐποίησεν αὐτόν· ἄρσεν καὶ θῆλυ ἐποίησεν αὐτούς*· καὶ οὐ πρόσκειται ὅτι καθ' ὁμοίωσιν

### Ἀπόκρισις.

Μὴ βουλόμενον τὸ Θεῖον ἀργοὺς καὶ ῥαθύμους διαβιοῦν ἡμᾶς, παραπλησίως συῶν, ἢ μονιῶν, ἢ προβάτων, καὶ τῶν λοιπῶν ἐρημικῶν ἀλόγων, μηδ' αὖ πάλιν ἀμίσθους γεραίρειν ἡμᾶς ἀναξίως, ἐν τῇ ἡμετέρᾳ κατέλιπεν ἐξουσίᾳ ἐξομοιοῦσθαι αὐτῷ διὰ τῆς πρὸς αὐτὸν μιμήσεως, καὶ τῆς τῶν ἀρετῶν κατορθώσεως καὶ ἐπιδείξεως, ὅπως τῇ περὶ τὸν πέλας κηδεμονίᾳ ἐξομοιωθῶμεν αὐτῷ, καθόσον οἷόν τε τῇ βροτῶν φύσει πρὸς Θεὸν ἁμιλλᾶσθαι· *Γίνου γὰρ ὀρφανοῖς ὡς πατὴρ, καὶ ἀντὶ ἀνδρὸς τῇ μητρὶ αὐτῶν*, φησὶν ὁ τῶν θείων σοφὸς Σολομών· αὐτὸς δὲ ἐν Εὐαγγελίοις φησὶν ὁ Κύριος· *Μακάριοι οἱ ἐλεήμονες, ὅτι αὐτοὶ ἐλεηθήσονται*· καὶ πάλιν· *Μακάριοι οἱ εἰρηνοποιοὶ, ὅτι αὐτοὶ υἱοὶ Θεοῦ κληθήσονται*. Καὶ πάλιν, *Μάθετε ἀπ' ἐμοῦ ὅτι πρᾶός εἰμι, καὶ ταπεινὸς τῇ καρδίᾳ, καὶ εὑρήσετε ἀνάπαυσιν ταῖς ψυχαῖς ὑμῶν*. Γενώμεθα οὖν φιλάνθρωποι καὶ ἐλεήμονες, αὐτοὶ ἐλέους δεόμενοι, οἰκτειρήσωμεν τὸν εὖ παθεῖν δεόμενον· τοῦτο γὰρ ὁ Θεὸς τοῖς δεομένοις εὖ ποιῶν, εἰ ποιήσωμεν ὃ παθεῖν θέλομεν· ποιεῖ γὰρ ἡμῖν ὁ Θεὸς ὃ δ' ἂν ποιήσωμεν.

### ΠΕΥΣΙΣ ΡΞϚ'.

Ἀλλ' οὐκ εἶπεν ὁ Θεὸς, Ποιήσωμεν ἄνθρωπον μέλλοντα δι' ἀρετῆς ἐξομοιοῦσθαι ἡμῖν· ἀλλ' εὐθέως τέλειον καὶ ἀπηρτισμένον εἶναι δημιουργεῖν αὐτόν. Ἆρ' οὖν ἄλλως μὲν εἶπε, ἄλλως δὲ ἐποίησεν;

### Ἀπόκρισις.

Οὐδὲν τούτων ὑστεροβουλίας κατηγορεῖ τοῦ Θεοῦ· ἀλλὰ σπινθῆρα τοῦ πρὸς αὐτὸν ἔρωτος ἡμῖν ἐγκατέλιπεν, ὥστε διὰ μιμήσεως πρὸς τὸν ἐκείνου πυρσὸν ἁμιλλᾶσθαι· ἕτερος δὲ οὐχ ὑπῆρχεν ἔτι ὁ ὑπὸ τοῦ παραγομένου αὖθις ὀφείλων εὖ παθεῖν· τὸ δὲ μέλλον, τοῖς ἐξ ἐκείνου προϊοῦσιν εἰκότως ἀπένειμεν. Σκοπήσωμεν δὲ καὶ ἑτέρως τὸ *κατ' εἰκόνα καὶ ὁμοίωσιν*, οὐδὲν τῶν εἰρημένων παραγραφόμενοι, ἀλλ' ἐκ περιουσίας τὰς ἀποδείξεις περιποιούμενοι. Φησὶ γὰρ ὁ Θεὸς, *Ποιήσωμεν ἄνθρωπον κατ' εἰκόνα καὶ ὁμοίωσιν ἡμετέραν*, τὸ μέλλον ὡς ἤδη παρὸν ἐπιστάμενος· καὶ πρὸ τοῦ δρᾶσθαι τὰ πάντα, προγινώσκων ἑκάστου τὴν ἔκβασιν· ὡς ἐπὶ τοῦ Ἡσαῦ καὶ τοῦ Ἰακὼβ, πρὸ τοῦ συλληφθῆναι αὐτοὺς ἐν τῇ μητρῴᾳ νηδύϊ, ἢ τῆς πατρικῆς ἀποκριθῆναι ὀσφύος· φάσκων διὰ τοῦ Μαλαχίου· *Τὸν Ἰακὼβ ἠγάπησα, τὸν δὲ Ἡσαῦ ἐμίσησα*· ὡς ἐπὶ τοῦ Ἱερεμίου λέγων· *Πρὸ τοῦ σε πλάσαι ἐν κοιλίᾳ, ἐπίσταμαί σε, καὶ πρὸ τοῦ ἐξελθεῖν ἐκ μήτρας, ἡγίακά σε*· ὡς ἐπὶ τοῦ Ἰούδα, προφαίνων αὐτοῦ τὴν προδοσίαν, μηδὲ τῶν γονέων αὐτοῦ ἔτι ὑπαρχόντων, φησὶ διὰ τοῦ θεσπεσίου Δαβίδ· *Ὁ ἐσθίων ἄρτους μου ἐμεγάλυνεν ἐπ' ἐμὲ πτερνισμόν*· ὡς ἐπὶ τοῦ κορυφαίου τῶν ἀποστόλων Πέτρου διὰ τοῦ θεσπεσίου Δαβίδ· *Καὶ οἱ ἐπαι-*

instar luminarium in mundo lucentes, verbum vitæ continentes. Duplicem enim scimus ignis vim et effectum, adurentem et illuminantem; vere quidem attingentibus illuminantem, contemptim autem et intrepide adurentem et purgantem. Nam immoderata ejus propinquitas urit, mediocris vero distantia illuminat. Plurimos enim incurabiles morbos cauterio reprimere solent periti medici : licet Deus non perdat, sed aliter conflet et repurget a turpitudine in gestis vitæ contracta : si quidem per pœnitentiam ad curationem propensus est is, qui morbo tenetur. Sin autem infirmus ex hac lamentabili vita excesserit, uritur quidem, at non comburitur, sempiterne igne divino cruciatus, in immortali deinceps et incorruptibili corpore. *Oportet enim hoc corruptibile induere incorruptibilitatem, et hoc mortale induere immortalitatem* [43]; *ut reportet unusquisque quod gessit per corpus* [44], inquit eximius ille Apostolus. Itaque hic est tempus medicinæ, illic reddendæ rationis : hic sanitatis, illic supplicii ; hic divinæ longanimitatis tempus est, illic inevitabilis et justi judicii.

## INTERROGATIO CLXXXVI.

Quomodo intelligitur, cujus meminit Evangelium, securis infrugiferas arbores exscindens?

*Responsio.*

Infrugiferum Judæorum cernens voluntatis propositum Joannes, infrugiferis arboribus ipsos assimilavit, ad radicem illorum positam securim denuntians [45], brevem et acutam viventis Verbi discretionem, qua omnis arbor non faciens fructum bonum, exscinditur et in ignem projicitur. Huc item tendit divus Apostolus, qui inquit : *Vivus est sermo Dei et efficax, et penetrantior quovis gladio utrinque incidente* [46] : dissectricem prædicationis virtutem significans.

## INTERROGATIO CLXXXVII.

Quid Dominus significat, cum inquit : *Cujus ventilabrum in manu ejus, et repurgabit aream suam; et triticum quidem congregabit in horreum, paleam autem comburet igni inexstinguibili* [47] ?

*Responsio.*

Ventilabrum mihi videtur incorruptum Dei judicium, unumquemlibet quasi per legem Dei ad congruentem sibi secundum gesta vitæ locum secernens. Aream autem intelligo universorum populorum in terrarum orbe Ecclesiam, et ex mortuis universorum hominum resurrectionem ; in qua eos quidem qui sunt instar paleæ et instabiles, quovis vento peccati jactati, et leves et infrugiferi fuerunt, instar ventilabri decretum divinum in ignem elevat ad æternum incendium. Qui vero velut triticum nutritores proximorum fuerunt, et recte virtutem perfecerunt, illos in horreum comportat conveniens, quod et mansionem salutarem appellat.

ἀγορεύονται, φωστήρων δίκην ἐν κόσμῳ φαινόμενοι, λόγον ζωῆς ἐπέχοντες. Διττῆς γὰρ ἴσμεν τοῦ πυρὸς ἐνεργείας, καυστικόν τε, καὶ φωτιστικόν· τοῖς δὲ ὄντως ψαύουσι, φωτιστικόν· τοῖς δὲ καταφρόνως καὶ ἀδεῶς, καυστικὸν καὶ καθαρτικόν· ἡ ἄμετρος γὰρ αὐτοῦ ἐγγύτης καυστική· ἡ δὲ μετρία διάστασις φωτιστική· πλεῖστα γὰρ τῶν δυσιάτων παθῶν καυστῆρι ἀναστέλλειν πεφύκασιν οἱ τῆς ἰατρικῆς ἐπιστήμονες· καὶ εἰ δὲ τὸ Θεῖον οὐκ ἀπολλύων, ἀλλὰ ἀναχωνεύων καὶ ἀποκαθαίρων τοῦ αἴσχους τῶν βεβιωμένων, εἴπερ διὰ μετανοίας πρὸς ἀκεσμὸν ῥέψει ὁ τῷ πάθει κεκρατημένος· εἰ δ' ἀσθενῶν ἀπέλθοι τῆς παρούσης ἰαλίμου ζωῆς, καίεται μὲν, οὐ κατακαίεται δὲ, ἀϊδίως τῷ θείῳ πυρὶ τιμωρούμενος, ἐν ἀθανάτῳ λοιπὸν καὶ ἀφθάρτῳ σώματι. *Δεῖ γὰρ τὸ φθαρτὸν τοῦτο ἐνδύσασθαι ἀφθαρσίαν, καὶ τὸ θνητὸν τοῦτο ἐνδύσασθαι ἀθανασίαν· ἵνα κομίσηται ἕκαστος πρὸς ἃ ἔπραξε διὰ τοῦ σώματος*, φησὶν ὁ ὑψηλὸς Ἀπόστολος. Ἐνταῦθα οὖν ὑπάρχει τὰ τῆς ἰατρείας, ἐκεῖ τὰ τῆς ἀπολογίας· ἐνταῦθα τὰ τῆς ὑγιείας, ἐκεῖ τὰ τῆς τιμωρίας· ἐνταῦθα τὰ τῆς θείας μακροθυμίας, ἐκεῖ τὰ τῆς ἀκλινοῦς δικαιοκρισίας.

## ΠΕΥΣΙΣ ΡΠϚ'.

Πῶς νοεῖται ἥδε ἐν τοῖς Εὐαγγελίοις ἀξίνη, τὰ ἄκαρπα ἐκκόπτουσα;

*Ἀπόκρισις.*

Τὴν ἄκαρπον Ἰουδαίων θεωρῶν Ἰωάννης προαίρεσιν, φυτοῖς ἀκάρποις αὐτοὺς ἀπείκασε, πρὸς τὴν ῥίζαν αὐτῶν κεῖσθαι τὴν ἀξίνην ἀποφηνάμενος, τὴν σύντομον καὶ τεθηγμένην τοῦ ζῶντος Λόγου διαίρεσιν· ὑφ' ἧς πᾶν δένδρον μὴ ποιοῦν καρπὸν καλὸν, ἐκκόπτεται, καὶ εἰς πῦρ βάλλεται. Πρὸς τοῦτο δὲ φέρων καὶ αὖθις ὁ θεῖος Ἀπόστολός φησιν, *Ζῶν γὰρ ὁ Λόγος τοῦ Θεοῦ, ἐνεργὴς, καὶ τομώτερος ὑπὲρ πᾶσαν μάχαιραν δίστομον*, τὴν τμητικὴν τοῦ κηρύγματος δηλῶν δύναμιν.

## ΠΕΥΣΙΣ ΡΠΖ'.

Τί σημαίνει ὁ Κύριος λέγων, *Οὗ τὸ πτύον ἐν τῇ χειρὶ αὐτοῦ, καὶ διακαθαριεῖ τὴν ἅλωνα αὐτοῦ, καὶ τὸν μὲν σῖτον συνάξει εἰς τὴν ἀποθήκην, τὸ δὲ ἄχυρον κατακαύσει πυρὶ ἀσβέστῳ;*

*Ἀπόκρισις.*

Πτύον μοι δοκεῖ ἡ ἀδέκαστος τοῦ Θεοῦ κρίσις, ἕκαστον οἷον διὰ νόμου τοῦ Θεοῦ πρὸς τὴν κατάλληλον τῶν βεβιωμένων χώραν ἀποκρίνουσα. Ἅλωνα δὲ νοῶ, τὴν πάνδημον τῆς οἰκουμένης Ἐκκλησίαν, καὶ τὴν ἐκ νεκρῶν πανάνθρωπον ἀνάστασιν· ἐν ᾗ τοὺς μὲν ἀχυρώδεις, καὶ εὐρίπους, παντὶ ἀνέμῳ ἁμαρτίας ῥιπισθέντας, καὶ κούφους καὶ ἀκάρπους γενομένους, πτύου δίκην ἡ θεία ψῆφος τῷ πυρὶ διαπετάζει εἰς καῦσιν αἰώνιον· τοὺς δὲ ἴσα πυροῦ θρεπτικοὺς τοῖς πέλας γενομένους, καὶ ἀρετὴν εὐθυνήσαντας (12), εἰς ἀποθήκην συγκομίζει κατάλληλον· ἣν καὶ μονὴν προσαγορεύει σωτήριον. Ἐκεῖ γὰρ ὄντως ὑπάρχει ἡ μονὴ ἡμῶν. Ἡ γὰρ παροῦσα ζωὴ οὐ μονὴ, ἀλλὰ

[43] I Cor. xv, 53. [44] II Cor. v, 10. [45] Matth. iii, 10. [46] Heb. iv, 12. [47] Matth. iii, 12.

(12) *Εὐθυνήσαντας*. Coteierius *Monum. Eccl. Gr.* tom. II, pag. 537, corrigendum statuit εὐθηνήσαντας, *et virtute abundarunt*. Videsis eruditorum observationes ad Hesychium noviss. edit. v. *Εὐθυνῶν*.

σκηνή μοι δοκεῖ, σὺν τῇ πήξει ἔχουσα καὶ τὴν καθαίρεσιν.

### ΠΕΥΣΙΣ ΡΠΗ'.

Ἀφορμὴν ἐκ τῆς ἀποκρίσεως λαβόντες, δεόμεθά σου εἰπεῖν, διὰ τί τῶν ἐκκλησιῶν πολλάκις καὶ εὐσεβῶν ἀνθρώπων ὁρῶμεν πτῶσιν, καὶ ἀφανισμοῦ διὰ σεισμοῦ, ἢ βροντῆς, ἢ ἑτέρας ἀπειλῆς γιγνομένην, ὡς τοῖς ἁμαρτωλοῖς;

*Ἀπόκρισις.*

Ἐκ τῆς θείας Πυκτῆς τὰ περὶ τούτων παιδευόμεθα· εἰ γὰρ τῆς θείας κιβωτοῦ οὐκ ἐφείσατο ὁ Κύριος, ἀλλ' ἀπέδοτο αὐτὴν ἀλλοφύλοις σὺν ἱερεῦσιν αὐτῆς ἀνομήσασι, καὶ πόλιν ἁγίαν τὴν Ἱερουσαλὴμ κατέσκαψε, καὶ χερουβὶμ δόξης τοῦ ἱλαστηρίου καθεῖλε, καὶ στολὴν θείαν διέῤῥηξε, καὶ χαρίσματα τὰ θεῖα, καὶ προφητείαν, καὶ δήλωσιν, καὶ ἐφὼδ, καὶ λόγιον, καὶ τὸ ἐξ ἀκηράτου χρυσίου πέταλον, ἀῤῥήτους ἔχον χαρακτῆρας, καὶ λοιπὰ τῆς τελετῆς ἐν ἔθνεσιν εἰς καταπάτημα καὶ λαφυρίαν ἐξέδοτο, ἐπὶ κατακρίσει τῶν ἀνομησάντων τότε· οὐδὲ τῶν νῦν ἑαυτοῦ ἀνακτόρων φείδεται, οὐδὲ τῶν ἐνόντων ἀῤῥήτων, καὶ ἀχράντων μυστηρίων· δέος ἐμβαλὼν τοῖς πταίουσιν, ἀπηνεστέραν καραδοκεῖν τιμωρίαν, τῇ πονηρίᾳ ἐμμένοντας. *Ὀλολυζέτω γὰρ πίτυς ὅτι πέπτωκε κέδρος*, φησὶν Ἱερεμίας (13)· τοῦτ' ἔστιν, Ἰσχυρῶν καὶ ἁγίων κατεασσομένων, τὰ ἐν τῇ γῇ ἀσθενέστερα παιδευέσθω. Ὅπερ ἀνάπαλιν φράζων ὁ τῶν θείων σοφὸς Σολομὼν, ***Ἀσεβῶν καταπιπτόντων δίκαιοι δειλοὶ γίνονται.*** Οὐ γὰρ ὅπλων αἰχμαὶ, καὶ κράνος, καὶ θώραξ, ἢ κνημῖδες, ἀσφαλῆ πονηροῖς τὴν ζωὴν παρέξουσι, λωποδυτοῦσι, καὶ τὰς λεωφόρους ἐνεδρεύουσι. Πολλοὶ γὰρ δυσάλωτοι φρασάμενοι ἐλεεινῶς τοῦ ζῆν ἀπεῤῥάγησαν, παρ' ἡμῖν μὲν ἀνάγραπτοι, Ὠρὴβ καὶ Ζεβὲ, καὶ Σαλμανᾶ, καὶ Ἀβιμελὲχ, καὶ Γολιὰθ, καὶ Ἀβεσσαλὼμ, καὶ ὅσοι κατ' ἐκείνους· παρὰ δὲ τοῖς ἔξω, Ἕκτορες καὶ Αἴαντες, καὶ αὐτοὶ οἱ ἐπὶ ῥώμῃ φυσώμενοι Λακεδαιμόνιοι· ἐπεὶ οὐκ ἔτχον σύνδρομον τῆς εὐσθενείας τὸ δίκαιον. Πρὸ τοῦ οὖν Θεὸς ἡμᾶς διὰ πονηρίαν πολεμίοις ἀπόδωται, ἢ τὰς ἐκκλησίας ἐπικατασείσῃ, ἁμαρτάνουσι τῆς σφῶν ἀδικίας πολεμήσωμεν, καὶ τῷ δήμῳ τῆς ἁμαρτίας, στρατόπεδον εὐσεβείας ἀνθοπλίσωμεν.

### ΠΕΥΣΙΣ ΡΠΘ'.

Τί βούλεται ὁ Κύριος λέγων, εὐνοεῖν τῷ ἀντιδίκῳ, ὅταν ἐσμὲν ἐν τῇ ὁδῷ μετ' αὐτοῦ; Οὐ γὰρ πάντως τοὺς συνοδεύοντας ἡμῖν ἔχομεν.

*Ἀπόκρισις.*

Καλὴ μὲν, καὶ ἁπλῆ, καὶ πρόχειρος εὔνοια, τοῦ μὴ μηνιᾷν, μηδὲ σπεύδειν ἀμύνεσθαι τὸν ἀδικήσαντα· φησὶ γὰρ αὐτὸς, *Ἀγαπᾶτε τοὺς ἐχθροὺς ὑμῶν, καλῶς ποιεῖτε τοῖς μισοῦσιν ὑμᾶς, καὶ εὔχεσθε ὑπὲρ τῶν καταρωμένων ὑμῖν*, καὶ, ***Μηδενὶ κακὸν ἀντὶ κακοῦ ἀποδίδοτε***, καὶ ὅσα τοιαῦτα. Ἔχει δὲ

Illic enim vere est mansio nostra. Nam præsens vita, non mansio nostra, sed tabernaculum esse mihi videtur, quod una cum fixione etiam destructionem habet.

### INTERROGATIO CLXXXVIII.

Occasionem ex responsione nacti, te quæsumus ut dicas, quare ecclesiarum sæpenumero et piorum hominum videmus casum et interitum per terræmotum, aut fulmen, aut per aliam indignationem accidere, ut peccatoribus?

*Responsio.*

Ex divina Scriptura de istis docemur: nam si divinæ arcæ non pepercit Deus, sed ipsam alienigenis tradidit cum sacerdotibus ejus, qui inique egerant: et civitatem sanctam Hierosolymam solo æquavit; et cherubos gloriæ propitiatorii sustulit, et stolam sanctam disrupit, divinaque charismata, et prophetiam et declarationem, et ephod et rationale, et ex auro puro laminam, arcanos habentem characteres, et reliqua sancti ministerii, gentibus tradidit in conculcationem et direptionem, tunc prævalentibus impiis: ne nunc quidem suis templis parcit, neque in iis contentis ineffabilibus et incontaminatis mysteriis; timorem injiciens offendentibus, ut severius exspectent supplicium, si in malitia perseveraverint. Nam *Ululet pinus, quoniam cecidit cedrus* [48], inquit Jeremias. Hoc est, Fortibus et sanctis sublatis, quæ in terra infirmiora sunt, erudiantur. Quod itidem tradit hisce verbis peritus ille rerum divinarum Solomo, ***Impiis cadentibus, justi timidi fiunt.*** Non enim armorum cuspides, et galea, et thorax aut tibialia securam flagitiosis vitam præstabunt, prædatoribus et publicas vias obsidentibus. Multi enim captu difficiles putati, miserabiliter vita privati sunt; apud nos quidem litteris proditi, Orebus, et Zebus, et Zebeas, et Salmana, et Abimelechus, et Goliathus, et Absalom, et quicunque similes illis fuere; apud exteros autem, Hectores, et Ajaces, et ipsi qui propter fortitudinem inflati erant Lacedæmonii, quoniam non habebant cum robore conjunctam justitiam. Itaque priusquam nos Deus hostibus tradat, aut ecclesias concutiat, cum peccantibus propter suam injustitiam certemus, et populum pro peccato, vallo pietatis armemus.

### INTERROGATIO CLXXXIX.

Quid sibi vult Dominus dicens, ut benevolentiam habeamus cum adversario dum sumus in via cum ipso [49]? Non enim semper nobiscum iter facientes habemus.

***Responsio.***

Bona quidem et simplex et prompta est benevolentia, ne succenseat, ne festinet ad ulciscendum eum qui læsit. Inquit enim ipse, ***Diligite inimicos vestros, benefacite iis qui vos odio prosequuntur, et orate pro devoventibus vos*** [50]; et, ***Nemini malum pro malo reddite*** [51], et quæcunque sunt hujusmodi.

[48] Zach. XI, 2. [49] Matth. V, 25. [50] ibid. 44. [51] Rom. XII, 17.

(13) *Φησὶν Ἱερεμίας.* Non Jeremiæ, sed Zachariæ XI, 2, locus exstat ab auctore citatus.

Habet autem hoc dictum duplicem quemdam sensum, latentem eos qui crassiore sunt intellectu. Potest enim et domi desidens, et procul ab urbanis tumultibus remotus in extremis secessibus agens habere adversarium. Itaque benevolentiam cum adversario habens, melius et acutius illum intelligere jubet, adversarium quidem corporis appetitum adversus spiritum divine decenterque definiens; vim autem ipsam vitam innuens, a genere nostro inordinate recedentem. Benevolentiam vero velocem sensum corporeæ insurrectionis dicit, qui simul ut appetitus motus fuerit, illico intelligere debet, et quasi freno divino timore refrenare, ne quando si iisdem mandatis nos submiserimus et indigna fecerimus superna vocatione, tradamur ab illis judici, quando venerit ad retribuendum unicuique secundum dignitatem eorum quæ in vita gessit. Ne igitur promissionem litteræ sufficere putemus ad salutem neglecto opere: neque per tactum incontaminati sacrificii appropinquare Deo nos imaginemur: nam facere quam loqui Deo convenientius esse, Deus demonstrat.

## INTERROGATIO CXC.

Quid est, quod dicit Dominus, *Quod si dexter oculus tuus offendit te, erue ipsum et projice abs te; et si dextra tua manus offendit te amputa eam et projice abs te* [52]?

*Responsio.*

Oculo et manui dexteræ, Christus oculus nulli somno succumbens, et dextera Dei et Patris, propinquitatem consanguineorum, vel etiam amicos accommodos merito assimilavit, per quos quæ mandata sunt facimus, non aliter quam corporis membris, ad omnem ipsis cooperationem utentes, et una cum ipsis nos moventes. Quando itaque aliquis eorum nobis auctor scandali fit, peccato involvens; et nobis quidem convicium, sibi autem ignominiam affert et opprobrium; mox illum exscindere et domo pellere proculque a nobis abjicere divinus homo præcipit, ne quando instar pestis depascatur corporis erectum robur bene habentibus et sanis, suam ipsius odoratus malevolentiam. Ne igitur prætextu philosophiæ veram philosophiam quæ Christus est despiciamus, qui immobilem et nullam adulationem admittentem requirit animum. Inquit enim Paulus vera sapientia plenus: *Christus Dei sapientia est* [53], non sermonem tantum, sed et vitam ornans.

## INTERROGATIO CXCI.

Quid significat Dominus, cum nos similiter ut maledictus serpens sapere jubet, dicens: *Estote prudentes ut serpentes, et simplices sicut columbæ* [54]?

*Responsio.*

Prudentes nos esse vult Dominus ut serpentes, in omni periculo aut tentatione *caput* conservantes, quod est *Christus*, quemadmodum inquit Aposto-

καί τινα διπλόην τὸ νόημα, λανθάνουσαν τοὺς παχυτέρους τὴν διάνοιαν· ἔστι γὰρ καὶ οἴκοι καθήμενον, καὶ πόῤῥω τῶν ἀστικῶν θορύβων ἐπ' ἐσχατιᾶς διάγοντα, ἔχειν ἀντίδικον. Τὸ οὖν εὐνοεῖν τῷ ἀντιδίκῳ, κρειττόνως καὶ ὀξυτέρως ἐκείνου νοεῖν διακελεύεται· ἀντίδικον δὲ τὴν τοῦ σώματος ὄρεξιν πρὸς τὸ πνεῦμα θεοπρεπῶς ὁρισάμενος· ὁδὸν δὲ τὸν βίον αἰνιττόμενος, παρὰ τοῦ γένους ἡμῶν ἀτάκτως διαφοιτώμενον· εὔνοιαν δὲ τὴν ὀξεῖαν αἴσθησιν τῆς τοῦ σώματος ἐπαναστάσεώς φησιν, ἅμα τοῦ κινηθῆναι τὴν ὄρεξιν, θᾶττον νοεῖσθαι ὀφείλουσαν, καὶ οἱονεὶ χαλινῷ τῷ θείῳ φόβῳ ἀνασειράζεσθαι, μή ποτε τοῖς αὐτοῖς ἐπιτάγμασιν ὑποκύψαντες, καὶ ἀνάξια τῆς ἄνω κλήσεως δράσαντες, παραδοθῶμεν ὑπ' ἐκείνων τῷ κριτῇ, ὅταν παραγίνεται ἑκάστῳ πρὸς ἀξίαν τῶν βεβιωμένων ἀνταμείψασθαι. Μὴ οὖν τὴν ἐπαγγελίαν τοῦ γράμματος ἀρκεῖν οἰηθῶμεν πρὸς σωτηρίαν, ἀμελοῦντες τοῦ δράματος, μηδὲ τῷ ψαύειν τῆς ἀναιμάκτου θυσίας, ἐγγίζειν Θεῷ φαντασθῶμεν. Τὸ γὰρ πράττειν θεοπρεπῶς μᾶλλον ἢ τὸ φράζειν Θεὸς ἐμφανίζεται.

## ΠΕΥΣΙΣ ΡϞ'.

Τί ἐστιν ὃ λέγει ὁ Κύριος, ὅτι *Ἐὰν ὁ ὀφθαλμός σου ὁ δεξιὸς σκανδαλίζῃ σε, ἔξελε αὐτὸν, καὶ βάλε ἀπὸ σοῦ· καὶ ἐὰν ἡ χείρ σου ἡ δεξιὰ σκανδαλίζῃ σε, ἔκκοψον αὐτὴν, καὶ βάλε ἀπὸ σοῦ;*

*Ἀπόκρισις.*

Ὀφθαλμῷ καὶ χειρὶ δεξιᾷ, Χριστὸς ὁ ἄϋπνος ὀφθαλμὸς, καὶ δεξιὰ τοῦ Θεοῦ καὶ Πατρὸς, τὴν ἐγγύτητα τῶν ὁμαίμων, ἢ καὶ τῶν φίλων τοὺς ἐπιτηδείους εἰκότως παρείκασε, δι' ὧν τὰ ῥεθέντα δρῶμεν, οἱονεὶ τοῖς τοῦ σώματος μέλεσι πρὸς πᾶσαν αὐτοῖς συνέργειαν χρώμενοι καὶ συγκινοῦντες. Ὅταν οὖν τις αὐτῶν σκανδάλου ἡμῖν αἴτιος γίνεται, ἁμαρτίᾳ ἐγχαλινδούμενος, ἡμῖν μὲν λοιδορίαν, αὐτῷ δ' ἀτιμίαν φέρων, καὶ ὄνειδος· θᾶττον ἐκτεμεῖν ἐκεῖνον, καὶ τῆς οἰκίας εἴργειν, καὶ πόῤῥω βαλεῖν ἑαυτῶν ὁ θεάνδρος διακελεύεται, μή ποτε δίκην λοιμοῦ νεμηθῇ τὴν τοῦ σώματος γαυρότητα, τοῖς εὐεκτοῦσι καὶ ἐῤῥωμένοις τῆς οἰκείας τὴν ἑαυτοῦ ὀσφρήσας κακόνοιαν. Μὴ οὖν προφάσει φιλοσοφίας, τὴν ἀληθῆ φιλοσοφίαν ἥτις ὑπάρχει Χριστὸς, ὑπερίδωμεν· ἀκλινοῦς γὰρ καὶ ἀθωπεύτου δεῖται διανοίας· φησὶ γὰρ Παῦλος ὁ τῆς ἀληθοῦς σοφίας ἔμπλεως· *Χριστὸς γὰρ Θεοῦ δύναμις, καὶ Θεοῦ σοφία*, οὐ τὸν λόγον μόνον, ἀλλὰ καὶ τὸν βίον σεμνύνουσα.

## ΠΕΥΣΙΣ ΡϞΑ'.

Τί σημαίνει ὁ Κύριος, τῷ κατηραμένῳ ὄφει ἡμᾶς ἴσα φρονεῖν κελεύων· *Γίνεσθε φρόνιμοι ὡς ὁ ὄφις, καὶ ἀκέραιοι ὡς αἱ περιστεραί;*

*Ἀπόκρισις.*

Φρονίμους ἡμᾶς ὑπάρχειν ὁ Κύριος βούλεται κατὰ τὸν ὄφιν, ἐν παντὶ δεινῷ ἢ πειρασμῷ *τὴν κεφαλὴν* συντηροῦντας, ἥτις *ἐστὶν ὁ Χριστὸς*, καθώς φησιν

[52] Matth. v, 29, 30. [53] I Cor. I, 24. [54] Matth. x, 16.

ὁ Ἀπόστολος. Ὁ γὰρ ἔφις ὑπὸ βροτοῦ δυνάμει καταληφθεὶς ὅλον μὲν τῷ παίοντι τὸ σῶμα προΐεται· τὴν δὲ κεφαλὴν ἄτρωτον φρουρεῖν μηχανᾶται. Κατευναζόμενος δὲ καὶ καθεύδων, τροχίζων ἑαυτὸν, μέσην ὅλου τοῦ σώματος κεφαλὴν ἀσφαλίζεται, οἱονεὶ τειχίῳ τῷ ἑπομένῳ ὁλκῷ περιοχυρῶν αὐτήν· ἀλλὰ καὶ σοφῶς τὴν παλαίωσιν ἀποδύεται, ἐν στενωπῇ τινι παρεισδύσει θλιβόμενος, καὶ τὸ γῆρας ἀποτιθέμενος. Βούλεται τοίνυν καὶ ἡμᾶς διὰ τῆς στενῆς καὶ ἐπιπόνου ὁδοῦ διεκθλιβομένους, τὸν παλαιὸν ἄνθρωπον ἀπεκδύεσθαι, καὶ τὸν νέον ἀνταμφιέννυσθαι τὸν κατ' εἰκόνα αὐτοῦ ἀνακαινούμενον. Πρὸς δὲ τούτοις καὶ τὴν ἐκείνου πανουργίαν ἐπὶ τὸ κρεῖττον μιμεῖσθαι· καὶ ὡς ἐκεῖνος θωπευτικῶς ἡμᾶς εἰς ὄλισθον καὶ παράβασιν ἐπηγάγετο· οὕτως καὶ ἡμᾶς πανούργως τοῖς πέλας προσερχομένοις, ὑποσπείρειν τὰ τῆς πίστεως, καὶ ἐπαναγαγεῖν πάλιν, καὶ συνάπτειν Θεῷ. Τὸ οὖν σῶμα τοῖς διὰ Χριστὸν αἰκίζουσι προϊέμενοι καταξαίνεσθαι, τὴν κεφαλὴν ἄτρωτον παντὶ σθένει φυλάξωμεν· ἥτις ἐστὶν ἡ εἰς Χριστὸν πίστις ἡμῶν· μηδ' αὖ πάλιν τοῦ θιάσου εὐσταθοῦντος καὶ εἰρηνεύοντος, ἀμελήσωμεν τῆς τῶν ἀρετῶν συντόνου ἐργασίας· τρίβωνα, καὶ ὑπήνην, καὶ βάκτρον ἀρκεῖν ἡμῖν πρὸς ἐξάνυσιν τῆς ἀγγελικῆς πολιτείας οἰόμενοι, τοῖς ὀργάνοις τῆς διδασκαλικῆς πολιτείας ἐναμαρτυρόμενοι· τὴν δὲ πάλην καὶ μάχην ἐκκλίνοντες, ἐξ ἧς ἡ νίκη τῷ ὑπηκόῳ προσγίνεται, προσθωρακισθέντι τῷ λόγῳ τῆς πίστεως.

## ΠΕΥΣΙΣ ΡϞΒ'.

Καλῶς τὰ περὶ τοῦ ὄφεως ἡμῖν διεξελθόντος σου, δεόμεθα καὶ τὰ περὶ τῆς περιστερᾶς ἀκοῦσαι, διὰ τί αὐτὴν τῷ ὄφει συνέταξεν, ἀκεραίαν καὶ ἄκακον αὐτὴν ὑπάρχειν δηλῶν;

*Ἀπόκρισις.*

Ἐπεὶ φρόνιμος μὲν ὑπῆρχεν ὁ ὄφις, οὐκ εἰς τὸ ἀγαθὸν δὲ, συνάπτει ὁ Κύριος τῇ φρονήσει τὸ ἄκακον καὶ ἀκέραιον τῆς περιστερᾶς· οὕτως τὴν σωφροσύνην παριστῶν, φρονεῖν μὲν, ἀκεραίως δὲ καὶ ἀκάκως, μὴ ἑρπυστικῶς καὶ χαμαιζήλως κατὰ τὸν ὄφιν, ἀλλ' οὐρανίους πρὸς Θεὸν ἀνιπταμένους. Γίνεσθε φρόνιμοι, φησὶν ὁ Κύριος, ὡς ὁ ὄφις καθ' ὑμῶν, καὶ ὑμεῖς κατ' αὐτοῦ σοφιζόμενοι· ὡς ἐκεῖνος ὑμᾶς τῆς μακαρίας ζωῆς, καὶ ὑμεῖς αὐτὸν τῆς ἑαυτῶν διαγωγῆς ἐξορίσατε· καὶ ἀκέραιοι καὶ ἄκακοι πρὸς τοὺς πέλας ὡς ἡ περιστερὰ, μηδενὶ βροτῶν κακῶς ἀνταμειβόμενοι. Φασὶ γὰρ ὑπὲρ πάσαν ὄρνιθα, καὶ τὰ λοιπὰ ἀερόβια, ἄκακον τὴν περιστερὰν ὑπάρχειν, καὶ μηδὲ αὐτὴν ἔχειν τὸ χολιδόχον ὄργανον. Ἑτέρως τε, ἀρετῆς καὶ κακίας ἐν τοῖς δύο τούτοις ζώοις τὰς ἀρχὰς εὑρίσκομεν, κατάλληλον ἑκάστης ἀγαμένης ὄργανον· τὴν μὲν κακίαν ὡς βαρεῖαν καὶ χαμαίζηλον, καὶ ἑρπυστικὴν ἐν τῷ ὁμοίῳ γενομένην· τὴν δὲ ἀρετὴν ὡς θείαν καὶ ἐπουράνιον ἐν τῷ οὐρανοπόρῳ πετηνῷ ἀναφανεῖσαν, τὸ φιλεύνουν τοῦ Θεοῦ ἀνακηρύττουσαν. Δῆλον γὰρ ὅτι διὰ τοῦ θείου Πνεύματος αἱ ἀρεταὶ βροτοῖς ἐνεργοῦνται. Τοῦτο δὲ πάλιν μὲν ἐν τῇ [ἐκ τῆς] θείας ὑπὸ τοῦ Νῶε ἐξ-

lus [88]. Serpens enim difficulter comprehensus totum quidem percutienti corpus exhibet, caput autem illæsum custodire conatur. Et quieti se tradens et dormiens, semetipsum rotans, medium intra totum corpus caput communit, veluti muro consequenti tractu circumvallans ipsum. Sed et vetustatem sapienter exuit, ac in angusto aliquo ingressu compressus, senium deponit. Vult igitur et nos per angustam et laboriosam viam pressos veteri homine exui, et novo vestiri, qui sit secundum ipsius imaginem renovatus [89]. Ad hæc, etiam illius versutiam in meliori imitari; et quemadmodum ille adulando nos in lapsum et transgressionem seduxit: ita et nos astute proximis accedentibus suggeramus quæ sunt fidei, reducamusque rursus et conjungamus Deo. Totum itaque corpus iis qui propter Christum flagellant, ad dilacerandum exhibentes, caput illæsum omni robore servemus, quod est fides nostra in Christum. Neque item cœtu sacro bene habente et tranquille agente illam negligamus virtutum intentam operationem, pallium et barbam et baculum sufficere nobis ad perfectionem angelicæ conversationis arbitrantes, instrumentis vitæ nos instituentis instantes, luctam autem et pugnam deserentes, ex qua provenit victoria ei qui obsequitur, qui armatus est thorace, sermone fidei.

## INTERROGATIO CXCII.

Postquam nobis bene, quæ serpentem concernunt, recensuisti, cupimus et de columba audire, cur ipsam serpenti conjunxerit, simplicem et absque malitia ipsam esse significans?

*Responsio.*

Quandoquidem prudens quidem fuit serpens, at non in bonum, conjungit Dominus prudentiæ innocentiam et simplicitatem columbæ; sic prudentiam commendans, ut prudentes quidem simus, sed simpliciter et innocenter, non serpendo et humi reptando instar serpentis, sed in cœlestibus ad Deum subvolantes. Estote prudentes, inquit Dominus, ut serpens adversus vos, ita et vos adversus ipsum prudenter agite. Sicut ille vos e beata vita, ita et vos ipsum e vestro consortio ejicite: et simplices et innocentes erga proximos sicut columba, nulli mortalium retribuentes mala. Tradunt enim præ cunctis avibus cæterisque degentibus in aere innocentem columbam esse, neque felliculum habere, quod est bilis organum. Præterea virtutis et malitiæ in duobus animalibus istis principia invenimus, cum conveniens singula instrumentum habeant. Malitiam quidem velut gravem et humi reptantem serpentemque in simili esse; virtutem autem velut divinam atque cœlestem in ave cœlum permeante apparentem, Dei in humanum genus benignitatem prædicantem. Constat enim, quod per divinum Spiritum virtutes in mortalibus efficaces sunt. Id qui-

[88] Ephes. IV, 15; V, 23. [89] Coloss. III, 9.

dem olim in ea quæ ex arca divina a Noa emissa columba factum, quæ ad divinum illum virum reversa est, ramum olivæ cum foliis ferens. Per ramum quidem lignosam legem, per pingue folium autem semper virentem Evangelii doctrinam ferens. Nam omnes gentes complexæ Ecclesiæ nostræ imago fuit omnigena Noæ arca, innatantis pelago fluentis et instabilis hujus vitæ, undique procella tentationum circumfusa nostra Ecclesia. Per serpentem paradiso excidimus, per columbam Spiritus, in cœlos subducti sumus. In hujus quippe forma Spiritus sanctus omnium virtutum apex in Jordane super Jesum devolavit. Illum quidem Filium Dei naturalem et non adoptivum demonstrans, nobis autem simplicitatem et innocentiam afferens. Ne ergo simpliciter ut serpens ad seducendum homines prudentes simus, sed ad benefaciendum recte sapiamus: (inquit enim benevolus ille præstantique mente præditus Apostolus: *Non ad sapiendum modo, sed ad recte sapiendum* [87]: et rursum idem, *Volo autem vos sapientes quidem esse ad bonum, simplices autem ad malum* [88]:) neque laudibus elati et inflati, neque vituperiis dejecti et animo concidentes. Non enim potest verbis læsus et obtestans, et in iram intolerabilem erumpens, operarius fieri dominicæ vineæ. Eum namque qui in unam percussus maxillam, etiam alteram præbet, definit quod pondus diei præsentis sæculi et æstum in eo tentationum fortiter ferat, Dominus, tanquam omne opus laboriosum sui mandati prompte impleverit. Nec enim ipse tempore spontaneæ passionis a famulo percussus vindicavit, qui ab innumeris angelis ministrabatur. Ad quem contendens ab Judæis quinquies quadragenis una minus plagis affectus, mansuete suscepit, longanimitatem docens similem Deo, virtutem vere nominatam, cujus qui particeps est, ab iracundia procul abest. Quandoquidem igitur omnimoda virtus Deus est, merito longanimis appellatur, tanquam ab animositate longe distans. Quam etiam externæ disciplinæ sectatores honorarunt. Socrates quidem Atticorum dogmatum legislator, percussus non vindicavit; Antisthenes autem a quodam conviciatore in faciem percussus, cum nihil dixisset, abiit, solo percussoris nomine fronti inscripto, ne insanum vel ebrium suspicarentur ipsum ii qui viderant. Epicteti vero crure a moroso domino convulso, multis philosophis silentii et in periculis occasio doctrinæ fuit. Is enim qui philosophiæ operam dederat, dominus heri sui demonstratus est. Ne igitur deficiamus contumeliis affecti, sed nostri omniumque Opificis vestigiis ingredientes, etiamsi servus alienus fuerit qui alapam impegerit, divinum verbum et nos dicamus ei: *Si quidem male locutus sum, testare de malo; sin bene, cur me cædis* [89]? Sic enim magnanimitate veluti sagitta adversarius vulnerabitur, et mutata præpropera linguæ sententiæque temeritate, gratiam tibi habebit tanquam auctori traditæ in melius mutationis. Non

αποσταλείσης περιστερᾶς γενόμενον, ἣ πρὸς τὸν θεσπέσιον ἐπανέστη, κάρφος ἐλαίας φύλλων φέρουσα διὰ μὲν τοῦ κάρφους τὸν ξυλώδη νόμον, διὰ δὲ τοῦ πίονος φύλλου τὴν ἀειθαλῆ τῶν Εὐαγγελίων διδασκαλίαν φέρουσα. Τῆς γὰρ πανέθνου ἡμῶν Ἐκκλησίας εἰκὼν ὑπῆρχεν ἡ παγγενὴς τοῦ Νῶε κιβωτὸς, ἐπινηχομένη τῷ πελάγει τῆς ῥεούσης καὶ ἀστάτου ταύτης ζωῆς, πάντοθεν τῷ κλύδωνι τῶν πειρασμῶν περιαντλουμένης ἡμῶν τῆς Ἐκκλησίας. Διὰ τοῦ ὄφεως τοῦ παραδείσου ἐκπεπτώκαμεν· διὰ τῆς περιστερᾶς τοῦ Πνεύματος εἰς οὐρανοὺς ἀνήχθημεν· ἐν γὰρ τῷ εἴδει ταύτης τὸ θεῖον Πνεῦμα ἡ κορώνη τῶν ἀρετῶν ἐν τῷ Ἰορδᾶνι ἐπὶ τὸν Ἰησοῦν κατέπτη· ἐκεῖνον μὲν Παῖδα Θεοῦ φυσικὸν, καὶ οὐ θετὸν ἀποδεικνύουσα· ἡμῖν δὲ τὸ ἄκακον καὶ ἀκέραιον κομίζουσα. Μὴ τοίνυν μόνον κατὰ τὸν ὄφιν εἰς τὸ πλανῆσαι βροτοὺς φρονήσωμεν, ἀλλ' εἰς τὸ εὐεργετῆσαι εὖ φρονήσωμεν (φησὶ γὰρ ὁ εὔφρων τε καὶ πολύνους Ἀπόστολος, *Οὐκ εἰς τὸ φρονεῖν μόνον, ἀλλ' εἰς τὸ σωφρονεῖν*· καὶ πάλιν ὁ αὐτὸς, *Θέλω μὲν ὑμᾶς σοφοὺς εἶναι εἰς τὸ ἀγαθὸν, ἀκεραίους εἰς τὸ κακόν*)· μηδ' ἐγκωμίοις ἐπαιρόμενοι καὶ ἐξογκούμενοι· μηδὲ ψόγοις βαλλόμενοι καὶ ἀλύοντες. Οὐ γὰρ οἷόν τε λόγοις τρωθέντα καὶ ποτνιώμενον, καὶ πρὸς ὀργὴν ἄσχετον ἐκφερόμενον, ἐργάτην γενέσθαι τοῦ Δεσποτικοῦ ἀμπελῶνος. Τὸν γὰρ τὴν μίαν σιαγόνα παιόμενον, καὶ τὴν ἑτέραν προϊέμενον, ἐκεῖνον ὁρίζεται τὸ βάρος τῆς ἡμέρας τοῦ ἐνεστῶτος αἰῶνος, καὶ τὸν καύσωνα τῶν ἐν αὐτῷ πειρασμῶν γενναίως φέρειν ὁ Κύριος, ὡς πᾶσαν ἐργασίαν ἐπίπονον τῆς ἐντολῆς προθύμως ἐκπληρώσαντα. Εἰ γὰρ αὐτὸς παρ' αὐτὸν καιρὸν τοῦ αὐθαιρέτου πάθους ὑπὸ οἰκέτου παιόμενος οὐκ ἠμύνατο, μυριάσιν ἀγγέλων δουλευόμενος. Πρὸς ὃν ἁμιλλώμενος, τὰς παρὰ Ἰουδαίων πεντάκις τεσσάρακοντα παρὰ μίαν ἐμφορηθεὶς, ἠπίως ἐδέξατο, μακροθυμίαν παιδεύων ἴσα Θεῷ, ἀρετὴν φερώνυμον, ἧς ὁ μετέχων μακρὰν ἀπὸ θυμοῦ γίνεται. Ἐπεὶ οὖν ἡ παντελὴς ἀρετὴ Θεὸς ὑπάρχει, εἰκότως μακρόθυμος προσαγορεύεται, ὡς μακρὰν ὑπάρχων θυμοῦ. Ἣν καὶ οἱ τῆς ἔξω παιδείας ἐτιμήθησαν· Σωκράτης μὲν Ἀττικῶν δογμάτων νομοθέτης παισθεὶς, οὐκ ἠμύνατο· Ἀντισθένης ὑπό τινος τῶν ὑβριστῶν συντριβεὶς τὸ πρόσωπον, μηδὲν φήσας ᾤχετο, τὴν προσηγορίαν μόνον τοῦ πατάξαντος ἐπιγράψας τῷ μετώπῳ, διὰ τὸ μὴ δαιμονῶντα ἢ πάροινον τοῖς θεωμένοις ὑποπτεύεσθαι. Ἐπικτήτου δὲ τὸ σκέλος ὑπὸ τοῦ μοχθηροῦ δεσπότου πηρωθὲν, πολλοῖς τῶν φιλοσόφων σιωπῆς ἐν τοῖς κινδύνοις γέγονε παιδευτήριον. Δεσπότης γὰρ τοῦ δεσπόζοντος ἀπεδείχθη φιλοσοφήσας. Μὴ οὖν ἀλλοιῶμεν ὑβριττόμενοι, ἀλλὰ τοῦ σφῶν καὶ πάντων Δημιουργοῦ κατ' ἴχνος βαίνοντες, κἂν οἰκέτης ἀλλότριος ᾖ ὁ ῥαπίσας, τὸ θεῖον ῥῆμα καὶ ἡμεῖς φήσωμεν αὐτῷ· *Εἰ μὲν κακῶς ἐλάλησα, μαρτύρησον περὶ τοῦ κακοῦ· εἰ δὲ καλῶς, τί με δέρεις;* Οὕτως γὰρ οἱονεὶ βέλει τῇ μεγαλοψυχίᾳ ὁ δι' ἐναντίας τρωθήσεται, καὶ τῆς προπετοῦς γλώττης καὶ γνώμης μετακληθεὶς, χάριν σοι εἴσεται ὡς αἰτίῳ τῆς ἀλλοιώσεως, παιδευθεὶς μὴ ποτνιᾶσθαι, καὶ

[87] Rom. XII, 3. [88] Rom. XVI, 19. [89] Joan. XVIII, 23.

ἀλλοί.... πρὸς τοὺς ἥττονας πόνους τῶν μεγάλων μισθῶν ὀρεγόμενος, ἀλλὰ στέργειν καὶ τοὺς μείζονας, ὡς οὐχ ἑτέρως δηνάριον κομιούμενος, εἰ μὴ κόπων τελειότητι μαρτυρούμενος. *Οὐκ ἄξια δὲ τὰ παθήματα τοῦ νῦν καιροῦ πρὸς τὴν μέλλουσαν ἀποκαλύπτεσθαι δόξαν*, φησὶν ὁ πλεῖστα διὰ Χριστὸν πεπονθὼς, *καὶ πάντα δι' αὐτὸν σκύβαλα ἡγησάμενος τὰ παρόντα*, ὑψηλὸς Ἀπόστολος.

queruli simus aut deficiamus ad minores labores, siquidem magna præmia appetimus, sed et majores amemus, tanquam alias denarium non reportaturi, nisi perfectionis laborum testimonium habentes. *Non sunt autem pares passiones præsentis temporis ad gloriam quæ revelabitur* [60], inquit qui plurima propter Christum passus est, *omniaque propter ipsum præsentia pro quisquiliis habuit* [61], eximius ille Apostolus.

## ΠΕΥΣΙΣ ΡϘΓ'.

Τί ἐστιν ὃ λέγει ὁ Κύριος, *Ἐξῆλθεν ὁ σπείρων τοῦ σπεῖραι· καὶ ἃ μὲν ἔπεσε παρὰ τὴν ὁδὸν, ἃ δὲ εἰς τὰ πετρώδη, ἄλλα δὲ εἰς τὰς ἀκάνθας· καὶ τὰ μὲν παρὰ τὴν ὁδὸν, ἦλθε τὰ πετεινὰ τοῦ οὐρανοῦ καὶ κατέφαγεν αὐτά· τὰ δὲ εἰς τὰ πετρώδη, διὰ τὸ μὴ ἔχειν βάθος γῆς, μηδὲ ῥίζαν, ἀνατείλαντα ἐξηράνθη· τὰ δὲ ὑπὸ τῶν ἀκανθῶν συνεπνίγησαν*· καὶ ὅσα περὶ τούτων διεξέρχεται ὁ λόγος;

### Ἀπόκρισις.

*Ἐξῆλθεν ὁ σπείρων τοῦ σπεῖραι*· ἐξῆλθεν ἐκ τοῦ Πατρὸς ὁ Χριστὸς, ὁ πρὸ αἰώνων Θεός· οὗτος γὰρ ὑπάρχει ὁ σπορεὺς τῶν σωτηρίων ἡμῶν. Σπέρμα δὲ αὐτοῦ, θεῖος καὶ ζωοποιὸς λόγος· ἄρουρα δὲ, ἡ ἀνθρωπότης πᾶσα· βόες, οἱ ἀπόστολοι· ἄροτρον, ὁ σταυρός· ζυγὸς, ἡ ὁμόνοια· ζεύγη, ἡ γλυκεῖα ἀγάπη συνδεσμοῦσα καὶ ὑποκλίνουσα τοὺς αὐχένας τῶν θεσπεσίων. *Ἐξῆλθεν ὁ σπείρων τοῦ σπεῖραι*, οὐ πυρὸν, ἢ κριθὴν, οὐχ ἕτερόν τι τῶν γηΐνων, καὶ περὶ γαστέρα· ἀλλὰ πίστιν εἰς Πατέρα καὶ Υἱὸν καὶ ἅγιον Πνεῦμα· ἐλπίδα ἀναστάσεως, καὶ ἀγάπην εἰς Θεὸν καὶ τὸν πέλας ἀνυπόκριτον. Ἐξῆλθεν ὁ σπορεὺς Χριστὸς, ἔχων δέκα ζεύγη βοῶν, καθώς φησιν ὁ ὑψηλὸς Ἡσαΐας· *Οὐ γάρ.... δέκα ζεύγη βοῶν ποιῆσαι κεράμιον ἕν* (14); Δέκα δὲ ζεύγη βοῶν λογικὰ, τὸν θίασον τῶν ἀποστόλων δηλοῖ· δώδεκα μὲν τοὺς πρὸ τοῦ πάθους· ἑπτὰ δὲ τοὺς περὶ Στέφανον μετὰ τὴν θείαν ἀνάστασιν, ὑπὸ τῶν δώδεκα ἀναῤῥηθέντων· εἰκοστὸν δὲ τὸν ἐξ οὐρανῶν ἀκηκοότα, *Σαοὺλ, Σαοὺλ, τί με διώκεις;* τὸν αὖθις ὑπὲρ τοῦ διωκομένου κατὰ τοῦ ὁμοφύλου Ἰσραὴλ μεταταξάμενον, καὶ πρὸς τὸν πόλεμον ἀνθοπλισάμενον. Οὗτοι οὖν οἱ λογικοὶ τοῦ σπορέως εἴκοσι βόες, τὴν βροτῶν διασκάψαντες ψυχικὴν ἄρουραν, διὰ Χριστοῦ κατέσπειραν τῇ ὑφ' ἡλίῳ τὴν εἰς αὐτὸν πίστιν· ποιήσαντες ὅλον τὸ γεῶδες ἡμῶν φύραμα κεράμιον ἓν, δεκτικὸν τῶν θείων κραμάτων, καὶ τοῦ αἵματος, καὶ τοῦ ὕδατος τῶν προχυθέντων ἐπὶ σταυροῦ, τῇ ἀμύξει τοῦ δόρατος ἐκ τοῦ κεραμίου τοῦ θείου σώματος. Αὐτὸς γὰρ σπορεὺς, αὐτὸς κεραμεὺς τοῦ ἡμετέρου φυράματος ὁ Χριστός· πρὸ σαρκώσεως μὲν ἡμᾶς ἐκ μὴ ὄντων δημιουργήσας· ῥυπωθέντας δὲ, καὶ τοῦ χείρονος γενομένους δεκτικοὺς, διὰ θανάτου συντρίψας πάλιν ἀναπλάττει, καὶ διὰ τὸ μένειν τοῦ λοιποῦ κακίας ἀπαραδέκτους· αὐτὸς γὰρ ἀμίκτως καὶ ἀσυγχύτως καταχιρνᾶται τῷ πλάσματι, ἀθανάτους ἀεὶ ἐσομένους δράσας ἡμᾶς ἑνώ-

## INTERROGATIO CXCIII.

Quid est quod dicit Dominus : *Exivit qui seminabat ad seminandum, et alia quidem ceciderunt juxta viam, alia vero in loca petrosa, alia autem in spinas. Et quæ juxta viam quidem, venerunt volucres cœli, et devorarunt : quæ autem in petrosa, propterea quod terræ profunditatem non habebant neque radicem, postquam exorta sunt, exaruerunt : quæ vero in spinas, una suffocata sunt* [62]; et quæcunque de his sermo prosequitur?

### *Responsio.*

*Exivit qui seminabat ad seminandum.* Exivit a Patre Christus, ante sæcula Deus. Hic enim est sator salutis nostræ. Semen autem ipsius, divinus et vivificus sermo : arvum, universa humanitas : boves, apostoli : aratrum, crux : jugum, concordia : jugatio, dulcis dilectio, colligans et subdens sanctorum cervices. *Exivit qui seminabat ad seminandum*, non triticum aut hordeum, non aliud aliquid terrenorum, vel si qua insuper alia : sed fidem in Patrem et Filium et sanctum Spiritum, spem resurrectionis, et dilectionem in Deum et proximum non simulatam. Exivit sator Christus, habens juga apostolos, ut inquit Isaias : *Non enim per decem juga boum fecerunt amphoram unam* [63]? Decem autem juga boum rationalia, sacrum cœtum apostolorum significant, duodecim quidem ante passionem : septem item cum Stephano post divinam resurrectionem sub duodecim electis : vigesimum autem eum qui ex cœlis audivit, *Saule, Saule, quid me persequeris* [64]? qui rursus pro eo quem persecutus fuerat adversus contribulem Israelem, in aliam aciem transscribitur, et ad bellum vicissim armatur. Illi itaque rationales satoris illius viginti boves, mortalium effoderunt animale arvum, per Christum disseminaverunt unicuique sub sole eam quæ est in ipsum fidem, facta tota terrena massa nostra amphora una, capace divinarum misturarum et sanguinis et aquæ, effusorum in cruce per apertionem lanceæ ex vase fictili divini corporis. Ipse enim sator, ipse figulus nostræ massæ Christus : qui ante incarnationem quidem nos ex nihilo creavit, contaminatos autem et inde deterioris capaces factos, per mortem contritos refingit, et per perseverantiam in posterum efficit nullius malitiæ capaces. Ipse siquidem absque mistione et absque confusione contemperatur cum figmento, immor-

[60] Rom. VIII, 18. [61] Philipp. III, 8. [62] Matth. XIII, 3-7. [63] Isa. V, 10. [64] Act. IX, 4.

(14) *Οὐ γάρ..... δέκα ζ.* Aliter apud LXX Isaiæ V, 10, sic nimirum : Οὗ γὰρ ἐργῶνται δέκα ζεύγη βοῶν, ποιήσει κεράμιον ἕν. Vulg.: *Decem enim jugera vinearum facient laguncalam unam.*

tales semper nos esse futuros efficiens vi unionis cum nostris et habitu nostro. Atque ipse fictile vas est quod ex nostra testa secundum carnem factum est, habens viventem et salientem aquam suæ divinitatis, quod veluti ferens Joannes per prædicationem baptismatis, clamabat, conspecto Jesu : *Ecce agnus Dei qui tollit peccatum mundi* [65], cruce et profusione sanguinis et aquæ. De quo item ipse Jesus interrogatus a discipulis, ubi ipsi pascha legale pararent, inquit : *Abite in civitatem, et occurret vobis homo fictile vas aquæ gestans : et ei dicite : Magister dixit* [66], *Apud te facio pascha cum discipulis meis. Et ostendet vobis cœnaculum stratum magnum, et illic parate* [67]. Atque facta quidem sunt hæc sensiliter. Intelligantur autem figurate : Homo quidem gestans fictile vas aquæ, Joannes Baptista, prædicans pœnitentiæ baptismum et baptizans. Civitas autem superna Hierusalem, cujus cives Joannes et cætera justorum et sanctorum turba. Cœnaculum vero stratum splendido lapide cœlum, animalibus quibusdam et formis varietate astrorum figuratum, ad cujus similitudinem regale apud nos pavimentum lapidum varietate stratum. Quod autem bobus apostolos comparavit propheta, manifeste demonstrat Paulus divini vicenarii præcipuus, dicens [68] : *Scriptum est : Non obligabis os bovi trituranti.* Rursusque infert, *Num boum cura est Deo? omnino de nobis dicit : propter nos enim scriptum est.* Sed ad sublimem Isaiam redeamus, prophetiam apud ipsum exstantem secuti : *Non operantia decem juga boum factura esse amphoram unam* [69] : rursusque subjungit : *Et qui seminat artabas sex, metet tres modios.* Num igitur tantum frustrationem aliquando fore censebimus, ut qui seminaverit artabas sex, tantummodo tres recipiat modios? Non enim inquit, tres artabas faciet, sed tres modios, exiguum quid habentes. Verum in interius litteræ velamentum ingredientes, inveniemus omnino id secundum ista futurum. Sex igitur artabas quibus Ecclesiæ conseritur arvum rationale mortalium, esse quatuor quidem divini sermonis libros, quintam autem sanctorum Acta, sextam vero unico volumine contentas eximii apostoli Pauli quatuordecim Epistolas : ex quibus et per quas fructum fert sacer cœtus institutione antistitum in divinis consitus, tres modios, fidem in Patrem et Filium et Spiritum sanctum. *Exivit enim qui seminabat ad seminandum*, non triticum ex quo panis fit, sed fidem vivificam, at non in omnibus.

σει τῶν ἡμετέρων καὶ ὄψει τῇ καθ' ἡμᾶς. Καὶ αὐτὸς ὑπάρχει τὸ κεράμιον τὸ ἐκ τοῦ ἡμετέρου ὀστράκου κατὰ σάρκα γενόμενον, καὶ ἔχον τὸ ζῶν καὶ ἀλλόμενον ὕδωρ τῆς αὐτοῦ θεότητος. Ὅπερ οἱονεὶ φέρων ὁ Ἰωάννης τῷ κηρύγματι τοῦ βαπτίσματος ἐβόα, θεασάμενος τὸν Ἰησοῦν· *Ἴδε ὁ ἀμνὸς τοῦ Θεοῦ, ὁ αἴρων τὴν ἁμαρτίαν τοῦ κόσμου*, σταυρῷ καὶ προχύσει αἵματος καὶ ὕδατος. Περὶ οὗ πάλιν ὁ Ἰησοῦς πυθόμενος τοῖς φοιτηταῖς, ποῦ αὐτῷ τὸ Πάσχα τὸ νομικὸν ἑτοιμάσοιεν, φησὶν αὐτοῖς· *Ἀπέλθατε εἰς τήνδε τὴν πόλιν, καὶ ἀπαντήσει ὑμῖν ἄνθρωπος βαστάζων κεράμιον ὕδατος· καὶ εἴπατε αὐτῷ, Ὁ διδάσκαλος εἶπε, Πρὸς σὲ ποιῶ τὸ Πάσχα μετὰ τῶν μαθητῶν μου· καὶ ὑποδείξει ὑμῖν ἀνώγεον μέγα ἐστρωμένον· κἀκεῖ ἑτοιμάσατε·* καὶ γέγονε μὲν ταῦτα αἰσθητῶς· νοείσθω δὲ τροπικῶς· Ἀνὴρ μὲν βαστάζων τὸ κεράμιον τοῦ ὕδατος, Ἰωάννης ὁ Βαπτιστὴς, κηρύττων μετανοίας βάπτισμα καὶ βαπτίζων. Πόλις δὲ ἡ ἄνω Ἱερουσαλὴμ, ἧς πολῖται Ἰωάννης, καὶ ὁ λοιπὸς τῶν δικαίων ὅμιλος καὶ ἁγίων. Ἀνώγεον δὲ ἐστρωμένον λαμπρᾷ ψηφῖδι, ὁ οὐρανὸς, ζῶά τέ τινα καὶ σχήματα τῇ ποικιλίᾳ τῶν ἄστρων ὑπομορφούμενος, κατὰ τὸ παρ' ἡμῖν βασιλικὸν ἔδαφος, τῇ ποικιλίᾳ τῆς ψηφῖδος κατεστρωμένον. Ὅτι δὲ βουσὶ τοὺς ἀποστόλους ὁ προφήτης παρείκασε, σαφῶς παρίστησι Παῦλος ὁ τῆς θείας εἰκοσάδος ἐξαίρετος, φάσκων· *Γέγραπται, Οὐ φιμώσεις βοῦν ἀλοῶντα·* καὶ αὖθις ἐπάγων, *Μὴ τῶν βοῶν μέλει τῷ Θεῷ; Ἀλλὰ πάντως περὶ ἡμῶν λέγει· δι' ἡμᾶς γὰρ γέγραπται.* Ἀλλ' ἐπὶ τὸν ὑψηλὸν Ἡσαΐαν πάλιν φοιτήσωμεν, τῇ παρ' αὐτοῦ προφητείᾳ ἑπόμενοι· *Οὐ γὰρ ἐργῶνται δέκα ζεύγη βοῶν ποιῆσαι κεράμιον ἕν·* καὶ αὖθις ἐπάγει, *Καὶ ὁ σπείρων ἀρτάβας ἓξ, θερίσει μέτρα τρία.* Ἆρ' οὖν τοσαύτην ἀστοχίαν ὑποθώμεθα γενέσθαι ποτὲ, ὥστε σπαρείσας ἀρτάβας ἓξ, μόνον τρία ἀποτίσειν μέτρα; Οὐ γάρ φησι, τρεῖς *ἀρτάβας* ποιήσει, ἀλλὰ *τρία μέτρα*, βραχύ τι ἔχοντα. Ἀλλ' εἰς τὸ ἐσώτερον τοῦ γράμματος καταπέτασμα παρεισδύοντες, εὑρήσομεν πάντως τὸ διὰ τούτων ἐσόμενον. Ἓξ τοίνυν ἀρτάβας, αἷς τῆς Ἐκκλησίας κατασπείρεται ἄρουρα λογικὴ βροτῶν, τέτταρας μὲν τὰς τῆς θεηγορίας πυκτὰς, πέμπτην δὲ τὴν τῶν θεσπεσίων Πρᾶξιν· ἕκτην δὲ τὴν τοῦ ὑψηλοῦ Παύλου μονότευχον δεκατεσσάρων ἐπιστολῶν· ἐξ ὧν καὶ δι' ὧν καρποφορεῖ ὁ θίασος τῇ κατηχήσει τῶν ἡγουμένων, τὰ θεῖα κατασπειρόμενος τρία μέτρα, τὴν εἰς Πατέρα καὶ Υἱὸν καὶ ἅγιον Πνεῦμα πίστιν. *Ἐξῆλθε γὰρ ὁ σπείρων τοῦ σπεῖραι*, οὐ πυρὸν ἀρτοποιὸν, ἀλλὰ πίστιν ζωοποιόν· ἀλλ' οὐκ ἐν πᾶσι. * *

(Quædam enim juxta viam cadunt, quæ via est Christus). Nam inquit ipse : *Ego sum via vitæ* [70]. Non ergo procul a via sunt Ariani : quemadmodum et Græci et Judæi, neque item in via sunt, sed juxta viam, id est prope Christum. Quippe quod Christum confitentur, facit ut prope viam sint : quod vero minorem et inæqualem blasphemant, id ex vivente via ipsos ejicit. Quapropter et volatilia cœli, diabolici exercitus advolantes, colligunt semina divina ex corde reproborum. Ipse etenim Dominus quod præcipit, id omnino et facere solet, dicens : *Nolite projicere sanctum meum canibus, neque projicere margaritas meas coram porcis* [71]. Et rursus : *Tollite*, inquit, *ab ipso talentum, et date ei qui habet talenta decem.* Omni

[65] Joan. I, 29. [66] Marc. XIV, 13-15; Luc. XXII, 10-12. [67] Matth. XXVI, 18. [68] I Cor. IX, 9, 10; I Tim. V, 18; Deut. XXV, 4. [69] Isa. V, 10 sec. LXX. [70] Joan. XIV, 6. [71] Matth. VII, 6.

enim habenti fidem rectam, *dabitur et adjicietur : ab eo autem qui non habet* fidem, spem et charitatem in Deum, *etiam id quod videtur habere, auferetur* [72], inquit Dominus. Hoc est quod ipso frui non possint, nisi omni virtute sint perfecti, qui recta fide Deum non colunt. Sicut inquit ipse : *Qui crediderit et baptizatus fuerit, salvus erit, qui vero non crediderit, condemnabitur* [73]. Vocat autem nomine, ut puto, incredulorum etiam male credentes, et impios sectatores hæresum. Porro qui in spinosis sunt, Eunomiani mihi videntur, quos propter blasphemiam Anomœos plurimi appellant. Nam quod debacchantes creaturam et cogitationem audent nugari Christum esse, id velut spinæ suffocat eos, et non permittit germinari et perfici fide. Competit etiam idem sermo quibusdam Ecclesiæ nostræ, qui curis vitæ et spinis negotiorum se suffocant, neque concedunt in se vigere, aut perfectam producere rerum divinarum naturam. Alia autem ceciderunt non super petram, sed super petrosa. *Petra* enim *Christus* est [74], quemadmodum inquit divus Paulus. Petrosi vero mihi esse videntur obtusum habentes et obedire nescium cor, quod tenerius quidem est quam lapis, durius autem quam propria natura. Talis enim naturæ semen est, tenerius quidem lapide, durius autem terra. Cui comparat Dominus Deo inimicos Macedonios, et Marathonios (15), qui Spiritum blasphemant, et ipsum creatum esse falso asserunt, implacabilem sibi contrahentes Domini denuntiationem. Inquit enim : *Qui dixerit verbum adversus Filium hominis, remittetur illi; qui vero dixerit adversus Spiritum sanctum, non remittetur ei, neque hic neque in sæculo futuro* [75]. Neque igitur terra sunt bona et frugifera, tenens semen sicut Christiani ; neque item solida petra sunt, qui exsculpentur a doctoribus in structuram sacri cœtus. Quod enim confitentur Dei Filium Jesum Christum similem secundum substantiam Patri, ostendit ipsos molliores esse: quod autem negant Deum esse Spiritum sanctum, ipsos ambigere et ex parte validos circa totum cæcutire, Creatorem cum creatura connumerantes, et de Domino pariter et servo perperam sentientes. Quos a Christianismo secludens Apostolus inquit : *Si quis spiritum Christi non habet, is non est ejus* [76]. *Et alia*, inquit Dominus, *ceciderunt in terram bonam, et dabant fructum, alia quidem trigecuplum, alia vero sexagecuplum, alia vero centuplum* [77]. Terræ bonæ rectissimum et bene sentiens cor, et voluntatis propositum comparans, repurgatum ab hæreticis spinis, et germinans : primum quidem herbam fidei, deinde spicam spei crescentem, tum maturum fructum dilectionis perfectæ exhibens. Hæc enim et divus Apostolus præcipua esse ostendit, fidem, spem, charitatem [78]. Qui igitur credit, facit triginta ; qui vero sperat, facit sexaginta ; qui vero in dilectione perfecta est, centupla per perfectionem facit opera, quæ sunt acceptissima Deo. Qui ex uno semine tertium reddidit fructum Deum honorans, Ecclesiam exaltans, semetipsum deificans, cum spiritu se componens, animæ providens, corpori imperans, in terra glorificatus, ex mortuis resurgens, in cœlis requiescit. Qui perfectus in Trinitate, fidelis est, mansuetus, facilis erga omnes et modestus, misericors, benignus, justus, corpus contemnens, divina exercens, cœlestia esuriens, in imagine cum mortalibus degens, et figura super terram apparens ; ideo trigecupla fructificat, tanquam inter homines agens : sexagecupla autem, veluti cum angelis ministrans : centupla vero, tanquam cum Deo conversans : per unctionem olei sancti dans fructum in trigecuplis ; per baptismum autem in sexagecuplis ; per unguenti sacrum ministerium in centuplis. Qui credit in Patrem, profert triginta, qui in Filium, sexaginta, qui in Spiritum, centum....... Quo enim putant imminuere Spiritum divinum, hoc magis ipsum extollunt et ornant, numero præponentes ipsum Patri et Filio, male et imprudenter. Qui enim credit, non in Spiritum, sed in Patrem credit primum, deinde in Filium, atque tum in consummatorem Trinitatis Spiritum sanctum. Quemadmodum et divinorum ille carminum auctor, opificium Trinitatis significans esse universa, inquit : *Verbo Domini cœli firmati sunt, et Spiritu oris ipsius, omnis virtus eorum* [79]. Dominum Patrem, Verbum Filium, Spiritum autem sanctum illum et consummatorem sacræ Trinitatis appellans. Cujus propriam potestatis auctoritatem significans Dominus, postquam a mortuis resurrexisset, inquit discipulis suis : *Accipite Spiritum sanctum. Quorum remiseritis peccata, remittuntur eis* [80], auctoritate videlicet Spiritus quem accipitis, divinitus vobis dantis potestatem remittendi peccata. Ne igitur cum hæreticis corruamus, qui a regina Austri condemnabuntur [81], per ignaviam in exercenda virtute. Hæc enim fama sapientiæ a fi

* τῆς Τριάδος θεῖον καὶ ἅγιον Πνεῦμα. Καθὼς καὶ ὁ τῶν θείων μελῳδὸς, δρᾶμα τῆς Τριάδος σημαίνων ὑπάρχειν τὰ σύμπαντα, φησὶ, *Τῷ Λόγῳ Κυρίου οἱ οὐρανοὶ ἐστερεώθησαν, καὶ τῷ Πνεύματι τοῦ στόματος αὐτοῦ, πᾶσα ἡ δύναμις αὐτῶν·* Κύριον τὸν Πατέρα, Λόγον δὲ τὸν Παῖδα, Πνεῦμα δὲ τὸ ἅγιον καὶ συμπληρωτικὸν τῆς θείας Τριάδος· οὗ τὴν αὐθεντίαν δηλῶν ὁ Κύριος ἐκ νεκρῶν ἀναστὰς, φησὶ τοῖς ἑαυτοῦ μαθηταῖς, *Λάβετε Πνεῦμα ἅγιον· ἄν τινων ἀφῆτε τὰς ἁμαρτίας, ἀφέωνται·* τῇ αὐθεντίᾳ δηλονότι οὗ λαμβάνετε Πνεύματος, θεϊκῶς ὑμῖν παρέχοντος συγχωρεῖν ἁμαρτήματα. Μὴ τοίνυν αἱρετικοῖς συνολισθήσωμεν, ὑπὸ τῆς βασιλίδος τοῦ Νότου κατακρίνε-

[72] Matth. xxv, 28, 29. [73] Marc. xvi, 16. [74] 1 Cor. x. 4. [75] Matth. xii, 32. [76] Rom. viii, 9. [77] Matth. xiii, 23; Marc. iv, 8. [78] 1 Cor. xiii, 13. [79] Psal. xxxii, 6. [80] Joan. xx, 22, 23. [81] Matth. xii, 42.

(15) *Marathonios.* Sic legimus cum Cotelerio *Monum. Eccl. Gr.* tom. III, pag. 635. Vulgo, *Marathonæos.*

nibus terræ ad Solomonem pervenire properavit: istis autem Christus hodierno tempore clamans evigilare et aspicere id pro e re ipsorum est, non persuasit. Et illam quidem verba et rumores ad salutem velocem reddiderunt; hos autem aspectus et operatio Dei, et Verbi incarnati, nequaquam meliores reddiderunt.

### INTERROGATIO CXCIV.

Secundum litteram intelligitur tantum, aut num aliam aliquam considerationem habet interrogatio Petri et responsum Domini? illo quidem interrogante, *Quoties si peccaverit in me frater meus, remittam ei? num septies* [82]? Hoc autem abundanter respondente, *Amen dico tibi, non tantum septies, sed septuagies septies.*

### *Responsio.*

Pulchra quidem et facilis responsio, conferens utrique remissionem, cum ei qui peccavit, tum ei contra quem commissum est aliquid. Illi quidem in quibus deliquit, veniam petenti; huic autem in gratiam recipienti, tanquam iisdem obnoxio. Nihil enim est quod cadere et capi nequeat, præter solam primæ et incompositæ sacræ Trinitatis in unitate naturam. Inquit enim divinum oraculum: *Quis gloriabitur castam se habere animam? aut quis libere dicit, se purum esse a peccato* [83]? Ante hoc autem Jobus ille divinus, turris inconcussa, qui percutienti diabolo et affectibus non cessit, adamantinum laquear, diserte clamat: *Nullus a peccato purus est, si vel uno tantummodo die super terram duraverit vita ejus* [84]. Vita autem hominis non fuerit ex utero in vitam progressus, sed post corporis incrementum intellectus perfectio principium est consultationis circa vitam. Quandoquidem igitur futurum erat ut Petro crederentur claves regni cœlorum, et ecclesiasticus cœtus (claudere autem intellige potestatem remittendi peccata, nam pro clave linguam habuit aperientem cœlum claudentemque; id quod et nobis est lingua, aperire nobis ipsis aut claudere cœlum; illo quidem, iis qui digna, hoc vero, illis qui indigna Deo locuti sunt, contingente), potestatem igitur remittendi peccata cum se acceptarum speraret, Dominum interrogat, *Quoties si peccaverit in me frater meus, remittam illi? Num septies?* Cujus autem gratia non quater, aut decies, aut ulterius quærit, sed usque septies? Videtur mihi ipsum de homicida latenter instrui velle: num venia per baptismum et pœnitentiam dignus habeatur, qui septem peccata incurrit, qui primus in mundo homicidium patravit Cainus, et totidem damnatus suppliciis se invicem suscipientibus ex cæde peccatis. Primus enim inter homines Cainus dolose egit, primus homicidium fecit, primus mentitus est Deo, quærenti de interfecto, primus parentibus luctum et lamentationem induxit, occiso fratre, primus invidiam et livorem peperit, primus fructuum primitias malitiose obtulit, primus terra sanguine polluta, exsecrationis ei conciliator fuit. Porro septem

σθαι μέλλουσι, ῥᾳθυμίᾳ τοῦ κρείττονος· τῇ μὲν γὰρ ἀκοῇ σοφίας ἐκ τῶν περάτων τῆς γῆς πρὸς Σολομῶντα ἐκπτῆναι παρώτρυνε· τούτοις δὲ Χριστὸς ἡμέριον ἐμβοῶν, νῆψαι καὶ βλέψαι πρὸς τὸ συμφέρον οὐκ ἔπεισε· καὶ τὴν μὲν λόγοι καὶ φῆμαι πρὸς σωτηρίαν ἐπτέρωσαν· τοὺς δὲ, ὄψις καὶ πρᾶξις τοῦ Θεοῦ καὶ Λόγου σαρκωθέντος, οὐδαμῶς ἐβελτίωσαν.

### ΠΕΥΣΙΣ ΡϞΔʹ.

Τῷ γράμματι νοεῖται μόνον, ἢ καὶ ἑτέραν ἔχει τινὰ θεωρίαν ἡ τοῦ Πέτρου ἐρώτησις, καὶ ἡ τοῦ Κυρίου ἀπόκρισις; τοῦ μὲν ἐρωτῶντος, *Ποσάκις, ἐὰν ἁμαρτήσῃ εἰς ἐμὲ ὁ ἀδελφός μου, ἀφήσω αὐτῷ; ἕως ἑπτάκις;* τοῦ δὲ πλουσίως ἀποκριναμένου, *Ἀμὴν λέγω σοι, οὐ μόνον ἕως ἑπτάκις, ἀλλ' ἕως ἑβδομήκοντα ἑπτάκις.*

### *Ἀπόκρισις.*

Καλὴ μὲν καὶ πρόχειρος ἡ ἀπόκρισις, συμφέρουσα ἑκατέροις, τῷ τε ἁμαρτάνοντι, καὶ τῷ πλημμελουμένῳ· τῷ μὲν ἐφ' οἷς ἔπταισε, συγνώμης αἰτουμένῳ· τῷ δὲ παρεχομένῳ, ὡς τοῖς αὐτοῖς ὑποκειμένῳ. Οὐδὲν γάρ ὃ ἄπτωτον καὶ ἀχείρωτον, πλὴν μόνης τῆς πρώτης καὶ ἀσυνθέτου θείας Τριάδος ἐν μονάδι φύσεως. Φησὶ γὰρ τὸ θεοφόρον λόγιον· *Τίς καυχήσεται ἁγνὴν ἔχειν καρδίαν; ἢ τίς παῤῥησιάσεται καθαρὸς εἶναι ἁμαρτίας;* Πρὸ τούτων δὲ Ἰὼβ ὁ θεσπέσιος, ὁ πύργος ὁ ἄσειστος, ὁ τῷ παίοντι διαβόλῳ καὶ τοῖς πάθεσιν ἀνύπεικτος, ὁ ἀδαμάντινος σαροτὸς διαῤῥήδην βοᾷ· *Οὐδεὶς καθαρὸς ἀπὸ ἁμαρτίας, εἰ καὶ μία ἡμέρα ἡ ζωὴ αὐτοῦ ἐπὶ τῆς γῆς.* Βίος δὲ βροτοῦ οὐχ ἡ ἐκ νηδύος εἰς τὸν βίον πρόοδος· ἀλλὰ μετὰ τὴν σωματικὴν αὔξησιν, καὶ τῆς ἐννοίας τελείωσιν, ἀρχὴ τῆς περὶ τὸν βίον διασκέψεως. Ἐπεὶ οὖν ὁ Πέτρος ἤμελλε πιστεύεσθαι τὰς κλεῖς τῆς βασιλείας τῶν οὐρανῶν, καὶ τὸν ἐκκλησιαστικὸν θίασον (κλεῖν δέ μοι νόει τὴν ἐξουσίαν τοῦ συγχωρεῖν ἁμαρτίας· ἀντὶ γὰρ κλειδὸς τὴν γλῶτταν ἐκέκτητο, ἀνοίγουσαν τὸν οὐρανὸν, καὶ κλείουσαν· τοῦτο δὲ καὶ ἡμῖν ὑπάρχει γλώττη, ἀνοίγειν ἑαυτοῖς, ἢ κλείειν τὸν οὐρανὸν, τὸ μὲν, ἄξια, τὸ δὲ, ἀνάξια τοῦ Θεοῦ φθεγγομένοις συμβαίνοντα)· τὴν ἐξουσίαν τοίνυν τοῦ συγχωρεῖν ἁμαρτίας κομίζεσθαι καραδοκῶν, τοῦ Κυρίου πυνθάνεται, *Ποσάκις, ἐὰν ἁμαρτήσῃ εἰς ἐμὲ ὁ ἀδελφός μου, ἀφήσω αὐτῷ; ἕως ἑπτάκις;* Τίνος δὲ χάριν οὐ τετράκις, ἢ δεκάκις καὶ ἄνω πυνθάνεται, ἀλλ' ἕως ἑπτάκις; Δοκεῖ μοι περὶ τοῦ φονέως λεληθότως μαθεῖν ἱμειρόμενος, εἴπερ συγγνώμης διὰ τοῦ βαπτίσματος καὶ τῆς μετανοίας ἀξιοῦται ὁ τοῖς ἑπτὰ περιπεσὼν ἁμαρτήμασι, πρῶτος ἐν κόσμῳ φονεύσας Καΐν· καὶ τοσαύταις κατακριθεὶς τιμωρίαις, καταλλήλως τοῖς ἐκ μιαιφονίας συνυφεστῶσιν ἁμαρτήμασι· πρῶτος γὰρ ἐν ἀνθρώποις ὁ Καΐν ἐδολιεύσατο, πρῶτος ἐφόνευσε, πρῶτος Θεῷ ἐψεύσατο πυθομένῳ περὶ τοῦ ἀναιρεθέντος, πρῶτος γονεῦσι πένθος καὶ κωκυτὸν ἐπήγαγε, κτείνας τὸν ἀδελφὸν, πρῶτος βασκανίαν καὶ φθόνον ὤδινε, πρῶτος τῶν γεννημάτων τὰς ἀπαρχὰς πονηρῶς προσενήνοχε, πρῶτος τὴν γῆν αἵματι μιάνας, κατάρας αὐτῇ πρόξενος γέγονε. Τοῖς δὲ ἑπτὰ τούτοις ἐν τῷ μιαιφόνῳ δράμασιν, ἰσάριθμος καὶ τιμωρία

[82] Matth. xviii, 21, 22. [83] Prov. xx, 9, sec. LXX. [84] Job xiv, 4, 5 sec. LXX.

